

Einhard

Življenje Karla Velikega

Prevedel Blaž Strmole

UVODNA BESEDA

Einhardovo delo je eden najpomembnejših dokumentov o življenju Karla Velikega. Prvi cesar na Zahodu po propadu rimskega cesarstva, velik vojskovodja in osvajalec, spreten politik, zaščitnik Cerkve in spodbujevalec pokristjanjevanja, podpornik znanosti in umetnosti, mitični *pater Europae*, simbol evropske identitete in enotnosti.

Vladavina Karla Velikega je seveda močno vplivala tudi na dogajanje na ozemlju današnje Slovenije. Karantanija v njegovem času nosi breme mejne marke proti vzhodu, skozi ta prostor se od leta 791 pomikajo frankovske vojaške odprave zoper Avare, v katerih sodelujejo tudi Karniolci, leta 811 Karol dokončno potrdi razmejitev interesnih območij med salzburško škofijo in oglejsko metropolijo. Prav v karolinškem obdobju se je naselitveno območje alpskih Slovanov pridružilo evropskemu kulturno-političnemu prostoru, s katerim se Slovenija istoveti (ali skuša istovetiti) vse do še danes.

Zanimiva je tudi usoda avtorja. Einhard, Karlov dvorjan in zaupnik, tajnik Ludvika Pobožnega, učenjak ter eden izmed tvorcev karolinške renesanse, predstavlja pomemben most med antično in srednjeveško latinsko književnostjo. Njegovo dosledno naslanjanje na antičnega biografa Svetonija, na ciceronske zgleda, na hagiografsko tradicijo ter njegov trud, da bi pisal v izbrani latinščini, so ustvarili delo, ki ponuja filologom in tekstnim kritikom zanimiv vpogled v erudicijo in literarno ustvarjalnost tistega časa. Življenjepisa poda portret frankovskega kralja in cesarja, spretnega politika, uspešnega vojskovodje ter razkriva zanimive podrobnosti iz Karlovega osebnega življenja in iz življenja tedanje družbe.

Kljub veliki pomembnosti in silni privlačnosti Karlove osebnosti je v slovenskem prostoru tuja literatura o njem večinoma nedostopna, svoje pa niti

nimamo. Moj prispevek je zato mišljen predvsem kot opora vsem, ki se bodo v prihodnosti na Slovenskem še ukvarjali z zgodovinskimi viri o Karlu Velikem in o njegovi dobi.

EINHARDI PRAEFATIO

Vitam et conversationem et ex parte non modica res gestas domini et nutritoris mei Karoli, excellentissimi et merito famosissimi regis, postquam scribere animus tulit, quanta potui brevitate complexus sum, operam inpendens, ut de his quae ad meam notitiam pervenire potuerunt nihil omitterem neque prolixitate narrandi nova quaeque fastidientium animos offenderem; si tamen hoc ullo modo vitari potest, ut nova scriptione non offendantur qui vetera et a viris doctissimis atque disertissimis confecta monumenta fastidiunt. Et quamquam plures esse non ambigam, qui otio ac litteris dediti statum aevi praesentis non arbitrentur ita neglegendum, ut omnia penitus quae nunc fiunt velut nulla memoria digna silentio atque oblivioni tradantur, potiusque velint amore diuturnitatis inlecti aliorum praeclara facta qualibuscumque scriptis inserere quam sui nominis famam posteritatis memoriae nihil scribendo subtrahere, tamen ab huiusmodi scriptione non existimavi temperandum, quando mihi conscius eram nullum ea veracius quam me scribere posse, quibus ipse interfui, quaeque praesens oculata, ut dicunt, fide cognovi et, utrum ab

EINHARDOV PREDGOVOR

Potem ko sem si zadal pisati o življenju, delovanju ter o nič kaj skromnih dejanjih mojega gospodarja in skrbnika¹ Karla, najodličnejšega in upravičeno najslavnejšega kralja, sem zaobjel delo na najkrajši možen način ter se posvetil temu, da ne bi izpustil ničesar, kar mi je prišlo v vednost, in da ne bi s širino pripovedovanja žalil tistih, ki se jim karkoli novodobnega gnusi, če se je sploh kako mogoče izogniti temu, da ne bi z novim spisom užalil tistih, ki se jim studijo stare mojstrovine, stvaritve najbolj učenih in izobraženih mož.² Ne dvomim, da obstajajo številni ljudje, predani študiju in književnosti, ki menijo, da se ne sme zanemariti razmer današnjega časa, da ne bi bilo vse, kar se danes dogaja, kot spomina nevredno potisnjeno globoko v molk in poza-bo. Raje bi iz ljubezni do trajnosti v kakršnekoli spise vstavljali slavnadel drugih, kakor da ne bi pisali in s tem prikrajšali prihodnje rodove za spomin na slavo svojega imena. Menim pa, da se mi ni treba vzdržati od pisanja na tak način, ko pa sem spoznal, da nihče ne bi mogel pisati verodostojneje od mene, saj sem bil sam poleg in se, kot se reče, prepričal na lastne oči ter nisem mogel za-

1 *Nutrimmentum* označuje v času fevdalizma odnos med vladarjem in (*nutritor*) in njegovim dvorjanom (*nutritus*). Vladar nudi svojemu dvorjanu hrano, oblačila in bivališče v zameno za njegove usluge.

2 Slog pisanja in številna mesta v Einhardovem besedilu se močno naslanjajo na Svetonijevo biografsko delo *De vita Caesarum*, še zlasti na življenjepis cesarja Avgusta.

alio scriberentur necne, liquido scire non potui. Satiisque iudicavi eadem cum aliis velut communiter literis mandata memoriae posterorum tradere quam regis excellentissimi et omnium sua aetate maximi clarissimam vitam et egregios atque moderni temporis hominibus vix imitabiles actus pati oblivionis tenebris aboleri. Suberat et alia non inrationabilis, ut opinor, causa, quae vel sola sufficere posset, ut me ad haec scribenda compelleret, nutrimentum videlicet in me impensum et perpetua, postquam in aula eius conversari coepi, cum ipso ac liberis eius amicitia; qua me ita sibi devinxit debitoremque tam vivo quam mortuo constituit, ut merito ingratus videri et iudicari possem, si tot beneficiorum in me conlatorum inmemor clarissima et inlustrissima hominis optime de me meriti gesta silentio praeterirem patererque vitam eius, quasi qui numquam vixerit, sine litteris ac debita laude manere; cui scribendae atque explicandae non meum ingeniolum, quod exile et parvum, immo poene nullum est, sed Tullianam par erat desudare facundiam. En tibi librum praeclarissimi et maximi viri memoriam continentem; in quo praeter illius facta non est quod admireris, nisi forte, quod homo barbarus et in Romana locutione perparum exercitatus aliquid me decenter aut commode Latine scribere posse putaverim atque in tantam inprudenciam proruperim, ut illud Ciceronis putarem contemnendum, quod in primo Tusculanarum libro,

nesljivo vedeti, ali je o tem pisal kdo drug ali ne. Raje sem se odločil zastavljeno temo skupaj z ostalimi izročiti zanamcem v spomin, kakor da bi trpel, da utonejo v temine pozabe preslavno življenje najodličnejšega in največjega kralja tega časa ter mogočna dejanja, ki bi jih današnji ljudje težko ponovili. Tu je po mojem mnenju tudi drugi utemeljeni razlog, ki more zadostiti sam po sebi, da me sili pisati o tem. To sta seveda neizmeren skrbniški odnos do mene ter večno prijateljstvo z njim in njegovimi otroki,³ potem ko sem začel delovati na njegovem dvoru. S tem me je tako privezal nase ter me napravil za dolžnika sebi tako živemu kot mrtvemu, da bi me lahko po pravici gledali in sodili kot nehvaležnega, če se ne bi zavedal tolikih danih ugodnosti in molčal glede najslavnejših in najsijajnejših del človeka, ki je najbolj zaslužen za mojo dobrobit, in trpel, da bi njegovo življenje ostalo nezapisano brez dolžne hvalnice, kot da ne bi nikoli živel. Moja borna nadarjenost, ki je majcena in neznatna, vsekakor skoraj nična, ni kos potrebnemu opisovanju in prikazu njegovega življenja, toda ravno tako bi se pri tem namučila Tulijeva govorniška spretnost. Pred teboj je knjiga, ki vsebuje spomin na izjemno velikega in slavnega moža. V njej ni zate poleg njegovih dejanj nič takega, kar bi občudoval, razen če bi slučajno domneval, da zmorem nekaj spodobno in ustrezno napisati v latinščini, ker sem barbar in premalo večš rim-

3 Einhard je imel prijateljski odnos s Karlovim sinom Ludvikom Pobožnim, po Karlovi smrti je postal njegov tajnik.

cum de Latinis scriptoribus loqueretur, ita dixisse legitur: »mandare quemquam«, inquit, »litteris cogitationes suas, qui eas nec disponere nec illustrare possit nec delectatione aliqua adlicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis et otio et litteris.« Poterat quidem haec oratoris egregii sententia me a scribendo detertere, nisi animo praemeditatum haberem hominum iudicia potius experiri et haec scribendo ingenioli mei periculum facere quam tanti viri memoriam mihi parcendo praeterire.

ske govornice, in da bi planil v takšno brezsravnost, da bi mislil, da je treba zasramovati Ciceronove besede o latinskih piscih, ki jih najdemo v prvi knjigi *Tuskulanskih razgovorov*: »Kdor da zapisati svoje misli, ki jih ne zna ne urediti ne razjasniti, niti ne pritegniti bralca z razveseljujočim slogom, je človek, ki nezmerno zlorablja tako čas kot črke.«⁴ Ta misel izvrstnega govornika bi me lahko odvrnila od pisanja, če se ne bi raje odločil preizkusiti človeške sodbe in ogroziti svoje majhne nadarjenosti za pisanje, kot pa zanemariti spomin na takšnega moža, samo da bi prizanesel samemu sebi.

VITA KAROLI MAGNI

I.

Gens Meroingorum, de qua Franci reges sibi creare soliti erant, usque in Hildricum regem, qui iussu Stephani Romani pontificis depositus ac detonsus atque in monasterium trusus est, durasse putatur. Quae licet in illo finita possit videri, tamen iam dudum nullius vigoris erat, nec quicquam in se clarum praeter inane regis vocabulum praeferebat. Nam et opes et potentia regni penes palatii praefectos,

ŽIVLJENJE KARLA VELIKEGA

Rod Merovingov

Rod Merovingov⁵, iz katerega so si Franki po navadi izbirali kralje, naj bi se obdržal do kralja Hilderika, ki so ga po ukazu papeža Štefana⁶ odstavili, mu obrili glavo ter ga zaprli v samostan.⁷ Morda se zdi, da se je končalo z njim, vendar je temu rodu že davno prej zmanjkalo življenjske sile in ni se mogel ponašati z ničimer razen z ničvrednim kraljevskim

4 Cicero, *Tusculanae disputationes* 13.6.

5 Dinastija Merovingov (486–751) je dobila ime po Merovehu, voditelju plemena Salijskih Frankov ob spodnjem Renu. Vidnejši vladarji merovinske dinastije so bili Klotar I. in II., Dagobert I., Hilderik I. in Dagobert II. Na osnovi patrimonialnega dedovanja so si sinovi po očetovi smrti razdelili državno ozemlje kot osebno posest.

6 Avtor je na tem mestu uporabil napačen zgodovinski podatek. Pipina Malega je pri prevzemu prestola podprl papež Zaharija (741–52) in ne papež Štefan II. (752–57), ki ga je potrdil za kralja tri leta pozneje (754).

7 Prisilno zapiranje plemičev in plemkinj v samostan je bilo v srednjem veku poleg umora najpogostejši način izločitve posameznikov javnega življenja razdedinjenja. Vladarji in prestolonasledniki niso bili izjema.

qui maiores domus dicebantur, et ad quos summa imperii pertinebat, tenebantur. Neque regi aliud relinquebatur, quam ut regio tantum nomine contentus crine profuso, barba summissa, solio resideret ac speciem dominantis effingeret, legatos undecumque venientes audiret eisque abeuntibus responsa, quae erat edoctus vel etiam iussus, ex sua velut potestate redderet; cum praeter inutile regis nomen et precarium vitae stipendium, quod ei praefectus aulae prout videbatur exhibebat, nihil aliud proprii possideret quam unam et eam praeparvi redditus villam, in qua domum et ex qua famulos sibi necessaria ministrantes atque obsequium exhibentes paucae numerositatis habebat. Quocumque eundum erat, carpento ibat, quod bubus iunctis et bubulco rustico more agente trahebatur. Sic ad palatium, sic ad publicum populi sui conventum, qui annuatim ob regni utilitatem celebrabatur, ire, sic domum redire solebat. At regni administrationem et omnia quae vel domi vel foris agenda ac disponenda erant praefectus aulae procurabat.

nazivom. Tako premoženje kot moč kraljestva sta bila namreč v rokah upraviteljev dvora, ki so jim pravili majordomi.⁸ Njim je bila dana najvišja oblast. Kralju ni preostalo drugega kot zadovoljiti se s kraljevskim nazivom, s spuščenimi lasmi in dolgo brado⁹ sedeti na prestolu ter hliniti gospodovalnost, poslušati poslanca od vsepovsod in jim na videz v svojem imenu odgovarjati, kakor so ga poučili ali mu celo naročili. Ničesar ni imel razen nekoristnega kraljevskega naziva in izprošene podpore v življenjskih potrebščinah, ki mu jo je omogočal upravitelj dvora. Nič drugega ni imel v lasti kot zgolj eno samo majhno posestvo, od katerega ni imel veliko. Na njem je imel prebivališče in manjše število služabnikov, ki so zadostovali za najnujnejša opravila. Če je kdaj moral na pot, je potoval po podeželski navadi z volovsko vprego pod oračevimi vajetmi. Tako se je navadno odpravil do palače in na ljudsko skupščino⁹, ki je bila sklicana v dobrobit kraljestva enkrat na leto, ter se vrnil domov. Upravitelj dvora pa je poskrbel za upravljanje kraljestva in vse, kar je bilo treba postoriti doma in na tujem.

II.

Karlovi predniki

Quo officio tum, cum Hildricus deponebatur, Pippinus pater Karoli regis iam velut hereditario fungebatur. Nam pater eius Karolus, qui tyran-

V času Hilderikove odstavitve je bil za položaj upravitelja dvora tako rekoč po dedovanju zadolžen Karlov oče Pipin. Njegov oče Karel,¹⁰ ki je

8 »Majordom« (*maior domus*), upravitelj dvora in kraljevi zaupnik.

9 V merovinškem obdobju so bili dolgi lasje in brada po starem germanskem izročilu znamenje kraljevske časti. Merovinški kralji se niso ne brili ne strigli.

10 Karel Martel je srednji sin Pipina Heristalskega in majordom v letih 714–41.

nos per totam Franciam dominatum sibi vindicantes oppressit et Saracenos Galliam occupare temptantes duobus magnis proeliis, uno in Aquitania apud Pictavium civitatem, altero iuxta Narbonam apud Birram fluvium, ita devicit, ut in Hispaniam eos redire compelleret, eundem magistratum a patre Pippino sibi dimissum egregie administravit. Qui honor non aliis a populo dari consueverat quam his qui et claritate generis et opum amplitudine ceteris eminebant. Hunc cum Pippinus pater Karoli regis ab avo et patre sibi et fratri Karlomanno relictum, summa cum eo concordia divisum, aliquot annis velut sub rege memorato tenuisset, frater eius Karlomannus - incertum quibus de causis, tamen videtur, quod amore conversationis contemplativae succensus -, operosa temporalis regni administratione relicta, Romam se in otium contulit, ibique habitu permutato monachus factus in monte Soracte apud ecclesiam beati Silvestri constructo monasterio cum fratribus secum ad hoc venientibus per aliquot annos optata quiete perfruitur. Sed cum ex Francia multi nobilium ob vota solvenda Romam sollemniter commearent et eum velut dominum quondam suum praeterire nollent, otium, quo maxime delectabatur, crebra salutatione interrumpentes locum mutare compellunt. Nam huiusmodi frequentiam cum suo proposito officere vidisset, relic-

prevzel ta položaj od očeta Pipina, je zadolžitev izvrstno opravil. Zatrli je samodržce, ki so si lastili pravičo do vladanja nad vso deželo Frankov, in v dveh bitkah – v Akvitaniji pri mestu Poitiers in pri reki Bira poleg Narbone – porazil Saracene, ki so skušali zasesti Galijo, ter jih tako pregnal nazaj v Hispanijo. To čast je ljudstvo navadno izkazovalo samo tistim, ki so izstopali po slavnem poreklu in velikem premoženju. Od deda in očeta sta jo prejela Pipin, oče kralja Karla, in brat Karloman¹¹ ter si jo nekaj let pod kraljem Hilderikom delila in opravljala v največji složnosti.¹² Karloman je iz neznanih razlogov, verjetno podžgan od ljubezni do življenja v premišljevanju, opustil naloge upravljanja kraljestva ter se umaknil v zasebnost v Rim, kjer je odložil posvetna oblačila, postal redovnik na gori Soratte in poleg cerkve svetega Silvestra postavil samostan. Nekaj let je s sobrati, ki so prišli z njim, užival v zelenem spokoju. Toda ko so številni plemiči iz Frankije romali v Rim, da bi slovesno izpolnili zaobljube, so ga hoteli počastiti kot svojega nekdanjega gospoda. S temi pogostimi obiski so motili njegov mir, v katerem je navsez užival, in ga prisilili, da se je preselil drugam. Ko je namreč spoznal, da se številna obiskovanja križajo z njegovimi načrti, se je umaknil v samostan svetega Benedikta na zapuščeni gori Cassino¹³ v samnijski pro-

11 Karloman, najstarejši sin Karla Martela in brat Pipina Malega, je bil majordom Avstrazije 741–47.

12 Karel Martel je po svoji smrti leta 741 zapustil najstarejšemu sinu Karlomanu oblast v Avstraziji, Turingiji in Alemaniji, srednjemu sinu Pipinu v Nevstriji, Burgundiji in Provansi. Brata sta skupaj upravljala akvitsansko in bavarsko vojvodino.

13 Benediktinski samostan Monte Cassino je leta 529 ustanovil sv. Benedikt iz Nursije, ki je napisal pravila redovniškega življenja (Regula Benedicti). Jasne in stroge predpise povzema prepoznavno geslo: »Moli in delaj!« (Ora et labora!)

to monte in Samnium provinciam ad monasterium sancti Benedicti situm in castro Casino secessit et ibi quod reliquum erat temporalis vitae religiose conversando conplevit.

vinci in preživel preostanek življenja v molitvi.

III.

Kraljevsko ustoličenje

Pippinus autem per auctoritatem Romani pontificis ex praefecto palatii rex constitutus, cum per annos XV aut eo amplius Francis solus imperaret, finito Aquitanico bello, quod contra Waifarium ducem Aquitaniae ab eo susceptum per continuos novem annos gerebatur, apud Parisios morbo aquae intercutis diem obiit, superstitibus liberis Karlo et Karlomanno, ad quos successio regni divino nutu pervenerat. Franci siquidem facto sollemniter generali conventu ambos sibi reges constituunt, ea conditione praemissa, ut totum regni corpus ex aequo partirentur, et Karolus eam partem, quam pater eorum Pippinus tenuerat, Karlomannus vero eam, cui patruus eorum Karlomannus praeerat, regendi gratia susciperet. Susceptae sunt utrimque conditiones, et pars regni divisi iuxta modum sibi propositum ab utroque recepta est. Mansitque ista, quamvis cum summa difficultate, concordia, multis ex parte Karlomanni societatem separare mo-

Pipin je bil po odloku papeža z mesta upravitelja dvora povišan v kralja¹⁴ in je sam vladal Frankom petnajst let in več. Ob koncu akvitanske vojne, ki jo je devet let vodil proti akvitanskemu vojvodi Vaifariju, je umrl blizu Pariza zaradi vodenice¹⁵ in pustil za seboj dva sinova, Karla in Karlomana, ki sta po božji volji postala prestolonaslednika. Franki so na slovesni občji skupščini oba okronali za kralja pod pogojem, da si enakovredno razdelita oblast, Karel nad delom države, ki ga je upravljal oče Pipin, Karloman pa nad delom, ki ga je upravljal njun stric Karloman.¹⁶ Pogoji so bili sprejeti in vsak od njiju je prevzel del kraljestva, ki jima je pripadal po tem dogovoru. Sloga je zdržala, čeprav stežka, saj so mnogi na Karlomanovi strani skušali skrhati njuno zavezništvo, nekateri so ju skušali celo pripraviti do medsebojne vojne. Toda da je bilo vse to zgolj sumničavost in ne prava nevarnost, je dokazal dogodek ob Karlomanovi

14 Pipina Malega je okronal papež Zaharija (741–52). Ob tem dogodku se je papež prvič v zgodovini vmešal v izbor kralja, od takrat naprej pa sta njegov blagoslov ali celo osebno kronanje močno vplivala na politiko srednjeveške Evrope. Kraljevsko in cesarsko kronanje se je pogosto enačilo z zakramentom, od tod formula *rex/imperator gratia Dei* – »kralj/cesar po božji milosti«.

15 Pipin Mali naj bi umrl zaradi vodenice (*morbus aquae intercutis*) 24. 9. 768 v bližini Pariza v zadnjem letu akvitanske vojne. Frankovski državni anali ne poročajo o okoliščinah smrti, pač pa obstaja sumljivo podobno mesto pri Svetoniju: ... *decessitque Pyrgis morbo aquae intercutis* ... (Suet. Ner. 5)

16 Akvitanijo, Karlomanu pa Burgundijo, Provanso, vzhodno Akvitanijo, Septimanijo, del Nevstrije s Parizom in Soissonom, Alemanijo ter Alzacijo.

lientibus, adeo ut quidam eos etiam bello committere sint meditati. Sed in hoc plus suspecti quam periculi fuisse ipse rerum exitus adprobavit, cum defuncto Karlomanno uxor eius et filii cum quibusdam, qui ex optimatum eius numero primores erant, Italiam fuga petiit et nullis existentibus causis, spreto mariti fratre, sub Desiderii regis Langobardorum patrocini-um se cum liberis suis contulit. Et Karlomannus quidem post administratum communiter biennio regnum morbo decessit; Karolus autem fratre defuncto consensu omnium Francorum rex constituitur.

IV.

De cuius nativitate atque infantia vel etiam pueritia quia neque scriptis usquam aliquid declaratum est, neque quisquam modo superesse invenitur, qui horum se dicat habere notitiam, scribere ineptum iudicans ad actus et mores ceterasque vitae illius partes explicandas ac demonstrandas, omissis incognitis, transire disposui; ita tamen, ut, primo res gestas et domi et foris, deinde mores et studia eius, tum de regni administratione et fine narrando, nihil de his quae cognitu vel digna vel necessaria sunt praetermittam.

smrti, ko je njegova žena s sinovi in z najvidnejšimi odličniki pobegnili v Italijo. Brez kakršnegakoli pravega razloga je prezrla Karla in se z otroki zatekla pod zaščito langobardskega kralja Desiderija. Po dveh letih skupnega vladanja je Karloman podlegel bolezni, Karel pa je bil po bratovi smrti ob soglasju vseh Frankov ustoličen za kralja.

Načrt življenjepisa

Zdi se mi neprimerno pisati o njegovem rojstvu,¹⁷ otroštvu in deških letih, saj ni o tem ostalo nič zapisanega. Nobenega preživelega ni več, ki bi o tem vedel kaj povedati.¹⁸ Opustil bom neznane podrobnosti in prešel k opisovanju njegovih dejanj, navad in ostalih stvari v njegovem življenju, ki so vredne razlage in ponazoritve. Najprej bom poročal o njegovih delih doma in na tujem, nato o njegovih navadah in prizadevanjih, potem pa o upravljanju kraljestva in njegovi smrti ter ne bom opustil ničesar, kar bi bilo vredno in potrebno spoznati.

17 O kraju in datumu Karlovega rojstva nimamo zanesljivih podatkov. Če upoštevamo Einhardovo navedbo Karlove starosti ob smrti, dobimo letnico 742. Nekateri zgodovinarji zagovarjajo letnico 747, tri leta po poroki Pipina in Bertrade (Riché, *Les Carolingiens*, str. 93). Med morebitnimi kraji rojstva se po izročilu omenjajo Ingelheim, Pariz, Worms, Aachen, Karlsberg in ostala mesta.

18 Einhard v tem kratkem poglavju, ki napoveduje zgradbo življenjepisa, izrecno izpostavlja izpuščenje poročanja o Karlovem otroštvu zaradi pomanjkanja zanesljivih podatkov. To pritrjuje dejstvu, da se delo močno naslanja na Svetonijev življenjepis cesarja Avgusta, v katerem avtor po krajšem uvodu o poreklu in družini opiše prva leta (*infantia*), deška leta (*pueritia*) in mladost (*adolescencia*). Ta izjava napačna, Einhard je imel dostop do teh dokumentov in poznal vsaj enega očividca, ki bi lahko pričal o Karlovi zgodnji mladosti. To je bil njegov bratranec Adalard (umrl 827).

V.

Omnium bellorum, quae gessit, primo Aquitanicum, a patre inchoatum, sed nondum finitum, quia cito peragi posse videbatur, fratre adhuc vivo, etiam et auxilium ferre rogato, suscepit. Et licet eum frater promisso frustrasset auxilio, susceptam expeditionem strenuissime exsecutus non prius incepto desistere aut semel suscepto labori cedere voluit, quam hoc, quod efficere moliebatur, perseverantia quadam ac iugitate perfecto fine concluderet. Nam et Hunoldum, qui post Waifariorum mortem Aquitaniam occupare bellumque iam poene peractum reparare temptaverat, Aquitaniam relinquere et Wasconiam petere coegit. Quem tamen ibi consistere non sustinens, transmisso amne Garonna et aedificato castro Frontiaco, Lupo Wasconum duci per legatos mandat, ut perfugam reddat; quod ni festinato faciat, bello se eum expostulaturum. Sed Lupus saniori usus consilio non solum Hunoldum reddidit, sed etiam se ipsum cum provincia cui praeerat eius potestati permisit.

VI.

Conpositis in Aquitania rebus eoque bello finito, regni quoque socii iam rebus humanis exempto, rogatu et precibus Hadriani Romanae urbis episcopi exoratus bellum contra Langobardos suscepit. Quod prius quidem et a patre eius, Stephano

Vojna v Akvitaniji

Od vseh vojn, ki jih je vodil, je najprej prevzel vodenje akvitanske vojne, ki jo je začel že njegov oče in še ni bila končana. Nadaljeval jo je, ko se je zdelo, da jo je mogoče hitro dokončati in ko je bil brat še živ, saj ga je celo prosil za pomoč. Čeprav ga je brat razočaral z obljubljeni pomočjo, je začeti bojni pohod izvršil nadvse uspešno ter ni hotel opustiti, kar je enkrat začel, in se umakniti od zadane delo, dokler ga ne bi z vztrajnostjo popolnoma zaključil. Prisilil je namreč Hunolda, ki je skušal po Vafarijevi smrti zavzeti Akvitanijo in obnoviti skoraj končano vojno, da zapusti Akvitanijo in se umakne v Baskijo. Tudi tam ga ni pustil pri miru. Prekoračil je reko Garono in zgradil utrdbo Frontiac, od baskovskega vojvode Lupa pa prek odposlancev zahteval, naj mu izroči pribežnika. Če ne bo tega storil takoj, ga bodo prijeli s silo. Toda Lupo je poslušal bolj moder nasvet ter mu ni izročil samo Hunolda, temveč je celo samega sebe in deželo, ki ji je bil na čelu, prepustil njegovemu veličanstvu.

Vojna v Lombardiji

Ko se je vojna končala in so se zadeve v Akvitaniji uredile, medtem pa je umrl tudi njegov zaveznik v vladanju, je Karel na priprošnjo rimskega škofa Hadrijana začel vojno proti Langobardom.¹⁹ Njegov oče jo

¹⁹ Po Štefanu III. (768–72), ki ga je na papeški prestol postavil kralj Desiderij, novi papež Hadrijan I. (772–95) prekine prolangobardsko politiko svojega predhodnika. Zanašajoč se na Karlovo pomoč je začel preganjati langobardske privržence med vatikanskim plemstvom. Po Desiderijevem posredovanju je Karlovo vmešavanje v langobardsko-papeške odnose postalo neizbežno.

papa supplicante, cum magna difficultate susceptum est; quia quidam e primoribus Francorum, cum quibus consultare solebat, adeo voluntati eius renisi sunt, ut se regem deserturos domumque redituros libera voce proclamarent. Susceptum tamen est tunc contra Haistulfum regem et celerrime completum. Sed licet sibi et patri belli suscipiendi similis ac potius eadem causa subesse videretur, haud simili tamen et labore certatum et fine constat esse completum. Pippinus siquidem Haistulfum regem paucorum dierum obsidione apud Tice-num compulit et obsides dare et erepta Romanis oppida atque castella restituere atque, ut reddita non repeterentur, sacramento fidem facere; Karolus vero post inchoatum a se bellum non prius destitit, quam et Desiderium regem, quem longa obsidione fatigaverat, in deditionem, filium eius Adalgisum, in quem spes omnium inclinatae videbantur, non solum regno, sed etiam Italia excedere compelleret, omnia Romanis erepta restitueret, Hruodgausum Foroiuliani ducatus praefectum res novas molientem opprimeret totamque Italiam suae ditioni subiugaret subactaeque filium suum Pippinum regem inponeret. Italiam intranti quam difficilis Alpium transitus fuerit, quantoque Francorum labore invia montium iuga et eminentes in caelum scopuli atque asperae cautes superatae sint, hoc loco describerem, nisi vitae illius modum potius quam bellorum, quae ges-sit, eventus memoriae mandare praesenti opere animo esset propositum. Finis tamen huius belli fuit subacta Italia et rex Desiderius perpetuo exi-

je začel že na zahtevo papeža Štefana, a z velikimi težavami, saj so nekateri izmed frankovskih prvakov, s katerimi se je imel navado posvetovati, tako nasprotovali njegovemu namenu, da so odkrito naznanjali, da bodo zapustili kralja in se vrnil domov. Vojna proti kralju Aistulfu se je bila tedaj vendarle začela in se tudi zelo hitro končala. Toda čeprav se zdi, da je imel Karel podobne ali celo iste razloge za začetek vojne kot njegov oče, se je vojna razlikovala od prejšnje po težavnosti bojevanja in po izidu. Pipin je seveda po nekajdnevnem obleganju v Ticenu kralja Aistulfa prisilil, da mu je izročil talce, vrnil Rimljanom odvzeta mesta in utrdbe ter obljubil, da si jih ne bo več poskušal prilastiti. Karel pa po začetku vojne ni odnehal, dokler ni po dolgem obleganju izčrpal kralja Desiderija in ga primoral k vdaji, njegovega sina Adalgiza, v katerem so videli upanje vseh Langobardov, pa je pregnal ne samo iz kraljestva, temveč tudi iz Italije. Rimljanom je povrnil vse, kar jim je bilo iztrgano. Pokoril si je Rodgauda, furlanskega vojvodo, ki je pripravljal prevrat, ter podvrgel vso Italijo svoji oblasti in ji za kralja postavil svojega sina Pippina. Na tem mestu bi moral opisati Karlovo težavno prečkanje Alp, napore, ki so jih morali prestajati Franki pri premagovanju gorskih hrbtov, k nebu štrlečih pečin in ostrih čeri, če ne bi bil moj namen bolj zabeležiti način njegovega življenja kot pa dogodke med njegovim vojskovanjem. Toda konec te vojne so zaznamovali pokoritev Italije ter dosmrtni izgon kralja Desiderija in njegovega sina

lio deportatus et filius eius Adalgisus Italia pulsus et res a Langobardorum regibus ereptae Hadriano Romanae ecclesiae rectori restitutae.

Adalgiza iz Italije ter povrnitev ozemlja, iztrganega langobardskim kraljem, Hadrijanu, poglavarju rimske cerkve.

VII.

Vojna na Saškem

Post cuius finem Saxonicum, quod quasi intermissum videbatur, repetitum est. Quo nullum neque prolixius neque atrocius Francorumque populo laboriosius susceptum est; quia Saxones, sicut omnes fere Germaniam incolentes nationes, et natura feroces et cultui daemonum dediti nostraeque religioni contrarii neque divina neque humana iura vel polluerent vel transgredi inhonestum arbitrabantur. Suberant et causae, quae cotidie pacem conturbare poterant, termini videlicet nostri et illorum poene ubique in plano contigui, praeter pauca loca, in quibus vel silvae maiores vel montium iuga interiecta utrorumque agros certo limite disterminant, in quibus caedes et rapinae et incendia vicissim fieri non cessabant. Quibus adeo Franci sunt irritati, ut non iam vicissitudinem reddere, sed apertum contra eos bellum suscipere dignum iudicarent. Susceptum est igitur adversus eos bellum, quod magna utrimque animositate, tamen maiore Saxonum quam Francorum damno, per continuos triginta tres annos gerebatur. Poterat siquidem citius finire, si Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dictu est, quoties superati ac

Po koncu vojne v Lombardiji se je obnovila saška vojna,²⁰ čeprav se je zdelo, da je bila nekako prekinjena. Nobena druga vojna, ki jo je začelo ljudstvo Frankov, ni bila tako dolgotrajna, kruta in naporna, saj so bili Sasi, kakor skoraj vsi narodi, ki poseljujejo Germanijo, divji po naravi in predani čaščenju zlih duhov, poleg tega pa so nasprotovali naši veri ter prekoračitev ali kršitev božjih in človeških zakonov niso imeli za nekaj nečastnega. V ozadju so bili tudi vzroki za vsakodnevno kaljenje miru. Razen na nekaterih mestih, kjer so prostrani gozdovi ali gorski hrbti ločevali polja obeh strani z zanesljivo pregrado, je meja med nami in Sasi potekala skorajda povsod na odprtem. Tam se izmenični umori, ropi in požigi niso prenehali. Zaradi tega so bili Franki tako razjarjeni, da niso več izvajali povračilnih ukrepov, ampak so proti njim upravičeno razglasili odprto vojno. Proti njim so torej začeli vojno, ki je nepretrgano trajala triintrideset let²¹ z veliko gorečnostjo na obeh straneh, vendar v večjo škodo Sasov kot Frankov. Lahko bi se hitreje končala, če ne bi bilo saške zahrbtnosti.

20 Etonim »Sasi« izhaja iz starogermanske besede **sakhsan*, morda v pomenu »mečevalec« (primerjaj s staroangleški izrazom *seax*, v pomenu »nož, bodalo«). Sasi se kot pleme omenjajo že v 2. stoletju na področju severno od reke Labe. V 3. in 4. stoletju se pomaknejo na zahod in jugozahod do reke Weser, del pa jih v obdobju 6.–7. stoletja prodre do Rena.

21 Vojna je neprekinjeno trajala od leta 772 do 804.

supplices regi se dediderunt, imperata facturos polliciti sunt, obsides qui imperabantur absque dilatione dederunt, legatos qui mittebantur susceperunt, aliquoties ita domiti et emoliti, ut etiam cultum daemonum dimittere et Christianae religioni se subdere velle promitterent; Sed sicut ad haec facienda aliquoties proni, sic ad eadem pervertenda semper fuere praecipites, non sit ut satis aestimare, ad utrum horum faciliores verius dici possint; quippe cum post inchoatum cum eis bellum vix ullus annus exactus sit, quo non ab eis huiuscemodi facta sit permutatio. Sed magnanimitas regis ac perpetua tam in adversis quam in prosperis mentis constantia nulla eorum mutabilitate vel vinci poterat vel ab his quae agere coeperat defatigari. Nam numquam eos huiuscemodi aliquid perpetrantes impune ferre passus est, quin aut ipse per se ducto aut per comites suos misso exercitu perfidiam ulcisceretur et dignam ab eis poenam exigeret, usque dum, omnibus qui resistere solebant profligatis et in suam potestatem reductis, decem milia hominum ex his qui utrasque ripas Albis fluminis incolebant cum uxoribus et parvulis sublatis transtulit et huc atque illuc per Galliam et Germaniam multimoda divisione distribuit. Eaque conditione a rege proposita et ab illis suscepta tractum per tot annos bellum constat esse finitum, ut, abiecto daemonum cultu et relictis patriis caerimoniis, Christianae fidei atque religi-

Težko je reči, kolikokrat so bili poraženi in ponižno podvrženi kralju ter so obljubili, da bodo storili, kot jim je bilo ukazano, brez obotavljanja izročili zahtevane talce in sprejeli odposlance, ki so jim bili poslani. Nekajkrat so bili tako oslabljeni in pokorjeni, da so celo obljubili, da želijo zavreči čaščenje zlih duhov in sprejeti krščansko vero.²² Toda nič manj niso bili pripravljeni prekršiti teh dogovorov kot jih bili naklonjeni sprejeti, tako da je nemogoče povedati, kaj od tega jim je bilo lažje storiti. Od začetka vojne je preteklo komajda kakšno leto, ko bi na njihovi strani ni prišlo do takšnih preobratov. Vendar kraljeva brezkončna odločnost in stanovitnost tako v nesreči kot sreči nista mogli ne podleči njihovi omahljivosti ne opešati v nalogah, ki se jih je lotil. Nikoli jim ni namreč dopustil takšnega obnašanja, ne da bi jih kaznoval, temveč je nad njih povedel vojsko celo sam osebno ali jo poslal prek svojih grofov, da bi maščeval njihovo zahrbtost in za njih dosegel pravično kazen. Naposled, ko je premagal in podjarmil vse, ki so nudili odpor, je nabral deset tisoč teh, ki so prebivali na obeh bregovih reke Elbe, z ženami in otroki vred, in jih poselil tu in tam po številnih področjih Galije in Germanije.⁵ Vojna, ki je trajala toliko let, se je končala z njihovo privolitvijo v kraljeve pogoje, da se odpovedo čaščenju zlih duhov in opustijo obrede prednikov, da sprejmejo

22 Vojno s Sasi je zaznamovalo tudi prisilno spreobračanje v krščanstvo. Ker se Sasi takoj po odhodu frankovskih čet redno obnovili upor in pregnjali misijonarje, je Karel Veliki leta 785 objavil zakon *Capitulatio de partibus Saxoniae*, po katerem so bile za vsak poskus neposlušnosti predvidene najstrožje kazni. Zakon je omilil leta 799, v kar so ga prisilili Sasi po številnih uporih.

onis sacramenta susciperent et Francis adunati unus cum eis populus efficerentur.

VIII.

Hoc bello, licet per multum temporis spatium traheretur, ipse non amplius cum hoste quam bis acie conflixit, semel iuxta montem qui Osneggi dicitur in loco Theotmelli nominato et iterum apud Hasa fluvium, et hoc uno mense, paucis quoque interpositis diebus. His duobus proeliis hostes adeo profligati ac devicti sunt, ut ulterius regem neque provocare neque venienti resistere, nisi aliqua loci munitione defensi, auderent. Plures tamen eo bello tam ex nobilitate Francorum quam Saxonum et functi summis honoribus viri consumpti sunt. Tandemque anno tricesimo tertio finitum est, cum interim tot ac tanta in diversis terrarum partibus bella contra Francos et exorta sint et sollertia regis administrata, ut merito intuentibus in dubium venire possit, utrum in eo aut laborum patientiam aut felicitatem potius mirari conveniat. Nam biennio ante Italicum hoc bellum sumpsit exordium, et cum sine intermissione gereretur, nihil tamen ex his quae aliubi erant gerenda dimissum aut ulla in parte ab aequo operoso certamine cessatum est. Nam rex, omnium qui sua aetate gentibus dominabantur et prudentia maximus et animi magnitudine praestantissimus, nihil in his quae vel suscipienda erant vel exsequenda aut propter laborem detraxavit aut propter periculum exhorruit, verum unumquodque

zakramente krščanske vere ter da se združijo s Franki v eno ljudstvo.

Vojna na Saškem (nadaljevanje)

Čeprav se je ta vojna vlekla dolgo časa, se Karel ni boril več kot dvakrat v boju s sovražnikom, enkrat pri gori, ki ji pravijo Osnegi, pri kraju, imenovanem Detmold, in drugič pri reki Haase v istem mesecu, v razmaku nekaj dni. V teh dveh bitkah so bili sovražniki tako pogranjeni v beg in poraženi, da si nazadnje niso več drznili izzivati kralja ali se mu upirati ob prihodu, razen če jih je ščitila utrdba. Toda številni plemiči in nosilci najvišjih častnih naslovov, tako saški kot frankovski, so padli v tej vojni. In vendar se je končala šele v triintridesetem letu. Med tem so proti Frankom napovedali toliko takšnih težkih vojn na različnih delih sveta, ki jih je vodil spretni kralj, da se lahko vprašamo, ali je potrebno bolj občudovati njegovo potrpežljivost ob naporih ali srečo. Ta vojna se je namreč začela dve leti pred italijansko vojno in čeprav je potekala nepretrgano, obveznosti drugod niso zanemarjali in nikjer niso odstopili od enako zahtevnih spopadov. Kralj, ki je prekašal vse vladarje svojega časa po preudarnosti in veličini duha, se namreč kljub naporom ni umaknil pred nalogami, ki jih je bilo treba sprejeti in izvršiti, ter se jih ni ustrašil zaradi nevarnosti, saj se je izuril prenašati in zdržati, kar koli mu je prišlo nasproti, ne da bi se vdal nevšečnostim ali uklonil lažni

secundumsuam qualitatem et subire et ferre doctus nec in adversis cedere nec in prosperis falso blandienti fortunae adsentiri solebat.

IX.

Cum enim assiduo ac poene continuo cum Saxonibus bello certaretur, dispositis per congrua confiniorum loca praesidiis, Hispaniam quam maximo poterat belli apparatu adgreditur; saltuque Pyrinei superato, omnibus, quae adierat, oppidis atque castellis in deditionem acceptis, salvo et incolomi exercitu revertitur; praeter quod in ipso Pyrinei iugo Wasconicam perfidiam parumper in redeundo contigit experiri. Nam cum agmine longo, ut loci et angustiarum situs permittebat, porrectus iret exercitus, Wascones in summi montis vertice positos insidiis - est enim locus ex opacitate silvarum, quarum ibi maxima est copia, insidiis ponendis oportunus - extremam impedimentorum partem et eos qui novissimi agminis incedentes subsidio praecedentes tuebantur desuper incursantes in subiectam vallem deiciunt, consertoque cum eis proelio usque ad unum omnes interficiunt, ac direptis impedimentis, noctis beneficio, quae iam instabat, protecti summa cum celeritate in diversa disperguntur. Adiuvabat in hoc facto Wascones et levitas armorum et loci, in quo res gerebatur, situs, econtra Francos et armorum gravitas et loci

naklonjenosti sreče v ugodnih trenutkih.

Odprava v Hispanijo

Sredi neizprosne in skoraj neprekinjene vojne s Sasi je Karel na določenih točkah ob meji postavil stražne stolpe in prek Pirenejev²³ vkorakal v Hispanijo z vsem vojaštvom, ki ga je lahko zbral. Vsa mesta in gradovi, ki jih je napadel, so se mu vdali in domov se je obrnil brez izgub. Toda ko se je vračal prek Pirenejev, je izkusil zahrbtnost Baskov. Ko se je namreč vojska v dolgi vrsti pomikala, kot so pač dopuščale ozke soteske na tem kraju, so Baski na vrhu zelo visoke gore postavili zasedo. To področje je namreč zaradi gostote gozdov, ki jih je tukaj nadvse veliko, zelo prikladno za postavljanje zased. Baski so napadli zadnji del prateža in prednji del vojske ter ju zvrnili v dolino. V spopadu, ki je sledil, so pobili vse do zadnjega, oplenili pratež in se ob pomoči bližajoče se noči, ki jim je nudila kritje, z veliko urnostjo razpršili na vse strani. Baskom sta k temu uspehu pripomogla tudi lahki oklep in lega kraja, kjer se je to zgodilo, nasprotno pa so Franke postavili v povsem neenakovreden položaj njihovi težki oklepi in neprikladnost prizorišča. V tem boju so bili poleg številnih drugih ubi-

²³ Karel je vodil bojne pohode tudi južno od Pirenejev, kjer je od leta 756 vladal Abd al Rahman I., pobegli član arabske dinastije Omejadov. Eden izmed njegovih nasprotnikov je Karla zaprosil za pomoč, ta pa je začutil priložnost širjenja oblasti na jug. Odprava se je kljub uničenju Pamplone, končala z neuspešnim obleganjem Zaragoze, ko se je morala frankovska vojska umakniti.

iniquitas per omnia Wasconibus reddidit impares. In quo proelio Egghardus regiae mensae praepositus, Anshelmus comes palatii et Hruodlandus Brittannici limitis praefectus cum aliis conpluribus interficiuntur. Neque hoc factum ad praesens vindicari poterat, quia hostis re perpetrata ita dispersus est, ut ne fama quidem remaneret, ubinam gentium quaeri potuisset.

X.

Domuit et Brittones, qui ad occidentem in extrema quadam parte Galliae super litus oceani residentes dicto audientes non erant, missa in eos expeditione, qua et obsides dare et quae imperarentur se facturos polliceri coacti sunt. Ipse postea cum exercitu Italiam ingressus ac per Romam iter agens Capuam Campaniae urbem accessit atque ibi positis castris bellum Beneventanis, ni dederentur, comminatus est. Praevenit hoc dux gentis Aragisus: filios suos Rumoldum et Grimoldum cum magna pecunia obviam regi mittens rogat, ut filios obsides suscipiat, seque cum gente imperata facturum pollicetur, praeter hoc solum, si ipse ad conspectum venire cogeretur. Rex, utilitate gentis magis quam animi eius obstinatione considerata, et oblatos sibi obsides suscepit eique, ut ad conspec-

ti Egihard, kraljevi strežaj, Anzelm, palatinski grof in Roland,²⁴ upravitelj bretonske marke. Tega dejanja se ni dalo maščevati vse do danes, ker so se sovražniki po storjenem tako razpršili, da ni ostala za njimi nobena sled, po kateri bi jih mogli iskati med plemeni.

Pokoritev Bretoncev in Beneventancev

Karel si je pokoril tudi Bretonce, ki prebivajo na obali oceana na najzahodnejšem delu Galije.²⁵ Ker mu niso hoteli biti poslušni, je nad njih poslal odpravo in jih je prisilil, da so mu izročili talce ter obljubili, da bodo storili vse, kar jim bo ukazano. Potem je Karel osebno vstopil z vojsko v Italijo, potoval skozi Rim do Kapue, mesta v Kampaniji, kjer je postavil tabor in zagrozil z vojno Beneventancem, če se ne predajo. Vojvoda Aragiz se je izognil nevarnosti s tem, da je poslal svoja sinova Rumolda in Grimolda z veliko vsoto denarja naproti kralju s prošnjo, da ju vzame za talca, in obljubo, da bo skupaj z ljudstvom izpolnjeval ukaze pod enim pogojem: da mu ne bo treba priti osebno na srečanje. Kralj, ki mu je šlo bolj za dobrobit ljudstva kot trmoglavost vojvode, je sprejel ponu-

24 Rolandova smrt je močno vplivala na srednjeveško književnost, najbolj znana obravnava tega dogodka je seveda ep *Chanson de Roland*, napisan v obdobju 1100–30. Tam je prikazan celo kot Karlov nečak. Upodablja ideal srednjeveškega viteza in zvestega vazala. Zaseda Baskov je tukaj prikazana kot napad 400 000 Saracenov. Karel nato maščuje Rolandovo smrt s pobojem Saracenov in kaznovanjem izdajalca. Rolandov lik je igral odločilno vlogo tudi v času rekonkviste kot simbol boja proti arabskim zavojevalcem.

25 Polotok na severozahodu današnje Francije, nekdanja rimska Armorica. V 4. in 5. stoletju so jo poselili Kelti in Briti iz Britanije, ki so pobegnili pred saškimi osvajalci. Po naseljencih dobi polotok tudi ime – Bretanija (fr. *Bretagne*).

tum venire non cogeretur, pro magno munere concessit; unoque ex filiis, qui minor erat, obsidatus gratia retento, maiorem patri remisit; legatisque ob sacramenta fidelitatis a Beneventanis exigenda atque suscipienda cum Aragiso dimissis Romam redit, consumptisque ibi in sanctorum veneratione locorum aliquot diebus in Galliam revertitur.

XI.

Baioaricum deinde bellum et repente ortum et celeri fine completum est. Quod superbia simul ac socordia Tasilonis ducis excitavit; qui hortatu uxoris, quae filia Desiderii regis erat ac patris exilium per maritum ulcisci posse putabat, iuncto foedere cum Hunis, qui Baioariis sunt ab oriente contermini, non solum imperata non facere, sed bello regem provocare temptabat. Cuius contumaciam, quia nimia videbatur, animositas regis ferre nequiverat, ac proinde copiis undique contractis Baioariam petiturus ipse ad Lechum amnem cum magno venit exercitu. Is fluvius Baioarios ab Alamannis dividit. Cuius in ripa castris conlocatis, priusquam provinciam intraret, animum ducis per legatos statuit experiri. Sed nec ille pertinaciter agere vel sibi vel genti utile ratus supplex se regi permisit, obsides qui imperabantur dedit, inter quos et

jene talce in ga zavoljo velikodušnega daru ni silil v srečanje. Za talca je obdržal samo mlajšega sina, starejšega je vrnil očetu, pustil odposlanca, da z Aragizom uredijo sprejetje prisege vdanosti Beneventancev, in se vrnil v Rim, kjer je nekaj dni namenil počastitvi svetih krajev, ter se obrnil proti Galiji.

Tasilo in pohod na Bavarsko

Nato je nenadoma izbrunila bavarska vojna in se tudi naglo končala. Podžgali sta jo ošabnost in nespamet vojvode Tasila.²⁶ Ta je na pobudo žene, ki je bila hči kralja Desiderija in je domnevala, da se lahko prek moža maščuje za izgon očeta, sklenil zavezništvo s Huni,²⁷ ki so mejili z Bavarci na vzhodu. Ni samo zavrnil poslušnosti kralju, temveč ga je poskušal celo izzvati v vojno. Tasilove svojeglavosti, ki se je zdela prevelika, kraljeva visoka drža ni mogla prenašati, zato je nemudoma zbral čete z vseh strani, da bi se podal na Bavarsko, in prišel osebno z veliko vojsko k reki Lech, ki je delila Bavarce in Alemane. Na obrežju je postavil tabor in preden bi vstopil v deželo z vojsko, je ukazal odposlancem, naj preverijo vojvodovo razpoloženje. Tasilo je domnel, da se ni vredno upirati za dobro ljudstva in samega sebe, zato se je

²⁶ Tasilo III. (749–88), sin Odila Agilofinga in Hiltrude, Pipinove sestre in Karlove tete, poslednji bavarski vojvoda. Vse od prevzema vojvodskega naslova leta 763 si je prizadeval za neodvisnost od frankovske nadoblasti, kar mu je za kratko obdobje tudi uspelo, dokler ni bil dokončno poražen v bitki pri Leškem polju blizu Augsburga leta 784. Tedaj je moral obljubiti poslušnost in priznati frankovsko nadoblast, smel pa je obdržati vojvodski naslov.

²⁷ Einhard imenuje Avare tudi Huni, kar je tradicionalni etnonim v zgodnj srednjeveškem zgodovinskem zapisu za nomadska ljudstva na področju antične Panonije.

filiū suū Theodonem, data insuper fide cum iuramento, quod ab illius potestate ad defectionem nemini suadenti adsentire deberet. Sicque bello, quod quasi maximum futurum videbatur, celerrimus est finis inpositus. Tassilo tamen postmodum ad regem evocatus neque redire permissus, neque provincia, quam tenebat, ulterius duci, sed comitibus ad regendum commissa est.

XII.

His motibus ita conpositis, Sclavis, qui nostra consuetudine Wilzi, proprie vero, id est sua locutione, Welandi dicuntur, bellum inlatum est. In quo et Saxones velut auxiliares inter ceteras nationes, quae regis signa iussae sequebantur, quamquam ficta et minus devota oboedientia, militabant. Causa belli erat, quod Abodriti, qui cum Francis olim foederati erant, adsidua incursione lacescebant nec iussionibus coerceri poterant. Sinus quidam ab occidentali oceano orientem versus porrigitur, longitudinis quidem inconspertae, latitudinis vero quae nusquam centum milia passuum excedat, cum in multis locis contractior inveniatur. Hunc multae circumsedent nationes; Dani

predal kralju in mu izročil zahtevane talce, med katerimi je bil tudi njegov sin Teodon, ter mu moral obljubiti, da ne bo več soglašal z nikomer, ki bi ga skušal prepričati v upor proti njegovemu veličanstvu. Tako se je vojna, za katero se je zdelo, da bo prerasla v zelo obsežno, precej hitro končala. Tasilo pa je bil naposled vendar poklican h kralju, ki mu je prepovedal vrnitev.²⁸ Dežela, ki ji je vladal, ni bila več zaupana v upravljanje drugemu vojvodi, temveč grofom.

Vojna proti Slovanom

Ko so bili ti upori zatrti, se je začela vojna proti Slovanom, ki jim po naši navadi rečemo Vilzi, toda v njihovi govorici se ustrezneje imenujejo Velatabi.²⁹ Med številnimi narodi, ki so morali v pomožnih četah slediti kraljevemu praporu, so v tej vojni služili tudi Sasi, čeprav je bila njihova poslušnost hlinjena in ne najbolj vdana. Vzrok za vojno so bili nenehni slovanski vpadi k Abodritom,³⁰ ki so bili nekdanj frankovski zavezniki. Ti vpadi se kljub zahtevam, naj se prenehajo, niso končali. Od zahodnega do vzhodnega oceana se razteza zaliv³¹ neznane dolžine, po širini nikjer obsežnejši kot sto tisoč korakov in na mnogih krajih ožji. Poseljujejo ga številni narodi: Danci in Švedi,

²⁸ Tasilo je bil po uporu 787–88 na sojenju v Ingelheimu obtožen veleizdaje, ogrožanja varnosti meja in kraljevih vazalov ter obsojen na smrt. Nato je bil pomiloščen in bil skupaj z družino prisiljen vstopiti v samostan Jumièges.

²⁹ Velatabi, zahodnoslovanska plemenska zveza v vzhodnem delu Mecklenburga, Pomeranije in na severu Brandenburške marke.

³⁰ Abodriti (tudi Obodriti), najbolj severna skupina baltsko-polabskih Slovanov, naseljenih na področju srednjega Podonavja. V saških vojnah se borijo na strani Frankov, po porazu Sasov poselijo njihovo ozemlje.

³¹ Baltsko morje.

siquidem ac Sueones, ques Nordmannos vocamus, et septentrionale litus et omnes in eo insulas tenent. At litus australe Sclavi et Aisti et aliae diversae incolunt nationes; inter quos vel praecipui sunt, quibus tunc a rege bellum inferebatur, Welatabi. Quos ille una tantum et quam per se gesserat expeditione ita contudit ac domuit, ut ulterius imperata facere minime rennuendum iudicarent.

XIII.

Maximum omnium, quae ab illo gesta sunt, bellorum praeter Saxonicum huic bello successit, illud videlicet, quod contra Avars sive Hunos susceptum est. Quod ille et animosius quam cetera et longe maiori apparatu administravit. Unam tamen per se in Pannoniam - nam hanc provinciam ea gens tum incolebat - expeditionem fecit, cetera filio suo Pippino ac praefectis provinciarum, comitibus etiam atque legatis perficienda commisit. Quod cum ab his strenuissime fuisset administratum, octavo tandem anno completum est. Quot proelia in eo gesta, quantum sanguinis effusum sit, testatur vacua omni habitatore Pannonia et locus, in quo regia Kagani erat, ita desertus, ut ne

ki jim pravimo Normani, na severni obali in vseh otokih ob njej, na južni pa Slovani, Estonci in drugi različni narodi. Med temi so bili zlasti Vela-tabi tisti, proti katerim se je tedaj bojeval kralj. Te je v eni sami odpravi, ki ji je bil osebno na čelu, tako potolkel in podjarmil, da niso več ponovno pomislili na to, da bi mu odrekli poslušnost.

Vojna proti Avarom

Vojna proti Avarom ali Hunom, ki je sledila, je bila poleg saške najobsežnejša od vseh, ki se jih je Karel udeležil. Izpeljal jo je z večjo odločnostjo kot vse druge z daleč največjimi pripravami.³² Eno odpravo je osebno vodil v Panonijo, tedaj so namreč to deželo poseljevali Huni. Vse ostale odprave je zaupal svojemu sinu Pipinu, upravnikom dežel ter celo grofom in poveljnikom vojske.³³ Čeprav so jo vodili karseda odločno, je bila vojna končana šele v osmem letu.³⁴ O tem, koliko bitk je bilo v njej bojevanih, koliko krvi prelite, priča prazna Panonija brez prebivalcev in zapuščen kraj, kjer je bila Kaganova prestolnica, zdaj pa ne ostaja niti sled o tamkajšnji človeški poselitvi.³⁵ V tej

32 Po uklonitvi bavarske vojvodine frankovski državi so Avari postali neposredni sosedje na vzhodu. Avarska oblast se je raztezala na območju Gornje in Spodnje Panonije in na prostoru med Donavo in Tiso. Po zadušitvi Tasilovega upora (788), med katerim so bili Avari bavarski zavezniki, je Karel kmalu začel priprave za napad na Avarski kaganat.

33 Prvi pohod nad Avare se je začel leta 791. Del frankovske vojske, na čelu katere sta bila istrski vojvoda Janez in Karlov sin Pipin, je prodiral prek današnjega slovenskega in hrvaškega ozemlja, drugi del, pod vodstvom Karla, pa je napredoval s severa ob reki Donavi proti Gornji Panoniji.

34 Netočna trditev. Vojna je trajala v obdobjih 791–96 in 799–803.

35 Za izid vojne je bil odločilen globok prodor furlanskega mejnega grofa Erika na ozemlje Avarov leta 796. Tedaj so Franki zavzeli ring (avarsko upravno središče, na danes neznanem kraju med Donavo in Tiso) in ga oplenili. Neposredno po tem je severni del vojske pod vodstvom Pipina uspel zavzeti celotno avarsko ozemlje.

vestigium quidem in eo humanae habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunorum nobilitas periit. tota gloria decidit. Omnis pecunia et congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt. Neque ullum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati et opibus aucti sint. Quippe cum usque in id temporis poene pauperes viderentur, tantum auri et argenti in regia repertum, tot spolia pretiosa in proeliis sublata, ut merito credi possit hoc Francos Hunis iuste eripuisse, quod Huni prius aliis gentibus iniuste eripuerunt. Duo tantum ex proceribus Francorum eo bello perierunt: Ericus dux Foroiulanus in Liburnia iuxta Tharsaticam maritimam civitatem insidiis oppidanorum interceptus, et Geroldus Baioariae praefectus in Pannonia, cum contra Hunos proeliaturus aciem strueret, incertum a quo, cum duobus tantum, qui eum obequitantem ac singulos hortantem comitabantur, interfectus est. Ceterum incruentum poene Francis hoc bellum fuit et prosperrimum exitum habuit, tametsi diutius sui magnitudine traheretur.

vojni je padlo vse hunsko plemstvo. Vsa slava je izpuhtela, ves denar in bogastvo, nabrana v dolgem času, sta bila izropana. Človeški spomin ne more priklicati nobene vojne, v kateri so bili udeleženi Franki, ki bi jim prinesla takšno bogastvo in plen. Seveda je vse do sedaj veljalo, da so Huni revni, toda toliko zlata in srebra se je našlo na kaganovem dvoru in toliko dragocenega plena je bilo odvzetega v bitkah, da se lahko po pravici verjame, da so Franki upravičeno odvzeli to, kar so Huni prej odvzeli drugim plemenom. Samo dva od frankovskih odličnikov sta umrla v tej vojni: Erik, furlanski vojvoda, ki je v Liburniji³⁶ pri obmorskem mestu Trsat padel v zasedo meščanov,³⁷ in Gerold, bavarški upravitelj, ki ga je skupaj z dvema spremljevalcema v Panoniji ubila neznana roka, ko je urejal bojne vrste za napad na Hune in jahajoč na konju spodbujal posameznike. Sicer pa je bila ta vojna za Franke skoraj nekrvava in se je zelo ugodno izšla, čeprav se je zaradi svoje obsežnosti zavlekla dlje.

XIV.

Vojna na Danskem

Post quod et Saxonicum suae prolixitati convenientem finem accepit. Boe-

Po tej vojni se je svojemu trajanju primerno uspešno končala tudi sa-

³⁶ Liburnija, nekdanje rimsko ime za obmorsko območje med Istro in Dalmacijo. Einhard po tradiciji prevzema stare antične geografske oznake, čeprav včasih niso v skladu s tedanjim geopolitičnim zemljevidom.

³⁷ Leta 799 je bil furlanski mejni grof Erik ubit v zasedi, ki so jo postavili prebivalci mesteca Tarsatica. Tarsatica je bilo rimsko mesto na območju današnjega starega dela hrvaškega mesta Reka. Toponim se je ohranil v hrvaški obliki »Trsat«.

manicum quoque et Linonicum, quae postea exorta sunt, diu durare non potuerunt. Quorum utrumque ductu Karoli iunioris celeri fine completum est. Ultimum contra Nordmannos, qui Dani vocantur, primo pyratiam exercentes, deinde maiori classe litora Galliae atque Germaniae vastantes, bellum susceptum est. Quorum rex Godofridus adeo vana spe inflatus erat, ut sibi totius Germaniae promitteret potestatem. Frisiam quoque atque Saxoniam haud aliter atque suas provincias aestimabat. Iam Abodritos, vicinos suos, in suam ditionem redegerat, iam eos sibi vectigales fecerat. Iactabat etiam se brevi Aquasgrani, ubi regis comitatus erat, cum maximis copiis adventurum. Nec dictis eius, quamvis vanissimis, omnino fides abnuebatur, quin potius putaretur tale aliquid inchoaturus, nisi festinata fuisset morte praeventus. Nam a proprio satellite interceptus et suae vitae et belli a se inchoati finem acceleravit.

ška vojna. Bohemska³⁸ in linonska vojna, ki sta izbruhnili kasneje, nista mogli dolgo trajati. Obe sta se hitro zaključili pod vodstvom Karla mlajšega. Zadnja se je začela proti Normanom, ki jim pravijo Danci. Ti so se sprva ukvarjali z morskimi razbojništvom, nato pa z večjim ladjevjem pustošili po galski in germanski obali.³⁹ Njihov kralj Godfrid je bil napihljen s praznim upom, da bo dosegel oblast nad vso Germanijo, tudi Frizijo in Saško je prišteval med svoje dežele. Svoje sosede Abodrite si je bil že podvrgel in jih prisilil v plačevanje davkov. Bahal se je tudi, da se bo v kratkem z velikansko vojsko pojavil pred Aachnom,⁴⁰ kjer je bil kraljevi dvor. Čeprav so bile njegove besede prazne, jim ni bilo mogoče povsem odreči zaupanja, saj so domnevali, da bi poskušal kaj takega, če ga ne bi zaustavila prezgodnja smrt. Ubil ga je namreč osebni stražar in na ta način pospešil konec tako njegovega življenja kot vojne, ki jo je bil začel.

XV.

Obseg Karlovih osvajanj

Haec sunt bella, quae rex potentissimus per annos XLVII - tot enim annis regnaverat - in diversis terrarum par-

To so vojne, ki jih je mogočni kralj bojeval sedeminštirideset let z največjo preudarnostjo in srečo na raz-

38 Bohemija (današnja Češka) je prišla pod vpliv frankovskih interesov v času pohoda proti Avrom. Zato je že leta 791 del Karlove vojske prečkal Bohemijo in prebivalce prisilil, da sodelujejo v manjših bojnih skupinah. Očitno so po vojni v Bohemiji ostale frankovske posadke, saj je Karel leta 805 poslal vojaško odpravo, da bi kaznovala prebivalce zaradi nasilja nad frankovskimi enotami. Do končne priključitve frankovski državi ni prišlo, Bohemi so se zgolj obvezali, da bodo plačevali letni tribut.

39 Do prvih posamičnih napadov Skandinavcev je prišlo že ob koncu 8. stoletja. Spriče dejstva, da Franki nikoli niso razpolagali z močnim ladjevjem, so morski razbojniki zahvaljujoč hitrosti in okretosti svojih ladij v manjših skupinah ogrožali celotno zahodnoevropsko obalo.

40 Aachen (Aquaegrans). Rimsko ime *Aquae Granni* naj bi nakazovalo na čaščenje Grana, keltsko-germanskega boga svetlobe in zdravljenja, ter bližino geotermalnih vrecev. Že v rimskih časih je bilo naselje znano kot zdravilišče. V času Karlove vladavine je bil Aachen prestolnica frankovske države.

tibus summa prudentia atque felicitate gessit. Quibus regnum Francorum, quod post patrem Pippinum magnum quidem et forte suscepit, ita nobiliter ampliavit, ut poene duplum illi adiecerit. Nam cum prius non amplius quam ea pars Galliae, quae inter Rhenum et Ligerem oceanumque ac mare Balearicum iacet, et pars Germaniae, quae inter Saxoniam et Danubium Rhenumque ac Salam fluvium, qui Thuringos et Sorabos dividit, posita a Francis qui Orientales dicuntur incolitur, et praeter haec Alamanni atque Baiarii ad regni Francorum potestatem pertinerent: ipse per bella memorata primo Aquitaniam et Wasconiam totumque Pyrinei montis iugum et usque ad Hiberum amnem, qui apud Navarros ortus et fertilissimos Hispaniae agros secans sub Dertosae civitatis moenia Balearico mari miscetur; deinde Italiam totam, quae ab Augusta Praetoria usque in Calabriam inferiorem, in qua Graecorum ac Beneventanorum constat esse confinia, decies centum et eo amplius passuum milibus longitudine porrigitur; tum Saxoniam, quae quidem Germaniae pars non modica est et eius quae a Francis incolitur duplum in late habere putatur, cum ei longitudine possit esse consimilis; postquam utramque Pannoniam et adpositam in altera Danubii ripa Daciam, Histriam quoque et Liburniam atque

ličnih ozemljih. Toliko let je namreč tudi vladal. Frankovsko kraljestvo, ki je bilo veliko in močno, že ko ga je prejel od očeta Pipina, je tako imenitno povečal, da mu je pripojil skoraj dvakratno velikost prvotnega ozemlja. Frankovska oblast se prej ni raztezala dlje od dela Galije, ki leži med Renom, Loaro, oceanom in Balearskim morjem, in dela Germanije, ki ga poseljujejo tako imenovani Vzhodni Franki. Ta meji na Saško, reke Donavo, Ren in Saale, ki ločuje Turingijce in Sorabijce,⁴¹ ter na deželo Alemanov in Bavarcev. Z omenjenimi vojnami je najprej pokoril in obdavčil Akvitanijo in Baskijo ter ves gorski hrbet Pirenejev do reke Ebro,⁴² ki izvira pri Navarcih in teče prek najrodovitnejših polj Hispanije ter se pod obzidjem Tortose⁴³ meša z Balearskim morjem, nato vso Italijo, vse od Aoste⁴⁴ do Spodnje Kalabrije, kjer je meja med Beneventanci in Grki, ozemlje, ki se razteza skoraj tisoč in več milj v dolžino.⁴⁵ Nato Saško, ki obsega nič kaj skromen del Germanije in ima domnevno dvakrat večjo širino od dežele, kjer prebivajo Franki, po dolžini pa sta si enaki. Potem obe Panoniji, Dakijo onkraj obrežja Donave, Istro, Liburnijo in Dalmacijo, z izjemo obmorskih mest, ki jih je prepustil bizantinskemu cesarju zavaljo prijateljstva in sporazuma, ki ga je skle-

41 Lužiški Srbi, zahodnoslovansko pleme ob Saali in Labi.

42 Karel je v obdobju 795–812 osvojil področje med Pireneji in reko Ebro ter ga pripojil Akvitaniji kot obmejno upravno območje z nazivom Španska marka.

43 Tortosa, mesto in pristanišče ob reki Ebro na severovzhodu Španije.

44 Aosta, antična Augusta Praetoria, mesto v Italiji ob reki Dora Baltea.

45 Prevzeto od Plinija, *Hist. Nat.* 3.5.6.

46 Vojna med Bizantinskim in Frankovskim cesarstvom je izbruhnila, potem ko so Benetke in Dalmacija priznali frankovsko nadoblast. Končala se je z mirovnim sporazumom v Aachnu leta 812. Bizanc je Karlu priznal naslov cesarja. Frankom je pripadla Istra, Bizancu pa Benetke z dalma-

Dalmaciam, exceptis maritimis civitatibus, quas ob amicitiam et iunctum cum eo foedus Constantinopolitanum imperatorem habere permisit; deinde omnes barbaras ac feras nationes, quae inter Rhenum ac Visulam fluvios oceanumque ac Danubium posita, lingua quidem poene similes, moribus vero atque habitu valde dissimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias efficeret; inter quas fere praecipuae sunt Welatabi, Sorabi, Abodriti, Boemanni - cum his namque bello confligit -; ceteras, quarum multo maior est numerus, in deditiorem suscepit.

XVI.

Auxit etiam gloriam regni sui quibusdam regibus ac gentibus per amicitiam sibi conciliatis. Adeo namque Hadefonsum Galleciae atque Asturicae regem sibi societate devinxit, ut is, cum ad eum vel litteras vel legatos mitteret, non aliter se apud illum quam proprium suum appellari iuberet. Scottorum quoque reges sic habuit ad suam voluntatem per munificentiam inclinatos, ut eum numquam aliter nisi dominum seque subditos et servos eius pronuntiarent. Extant epistolae ab eis ad illum missae, quibus huiusmodi affectus eorum erga illum indicatur. Cum Aa-

nil z njim.⁴⁶ Nato vse barbarske in divje narode, ki prebivajo med rekama Renom in Vislo ter oceanom in Donavo in poseljujejo Germanijo. Ti so si sicer skoraj enaki po jeziku, po običajih in oblačilih pa zelo različni. Med temi je spravil pod svojo oblast zlasti Velatabe, Sorabijce, Abodrite, Boheme – s temi se je namreč vojskoval – pa tudi ostale, ki so bili številčnejši.⁴⁷

Odnosi s tujino

Slavo svojega kraljestva je povečal tudi s tem, da je s pomočjo prijateljskih vezi pridružil k sebi nekatere kralje in plemena. Alfonza,⁴⁸ kralja Galicije in Asturije, je namreč z zavezništvom tako privezal nase, da se ta pri njem ni velel imenovati drugače kot njegov sorodnik, pa če naj mu je pisal ali k njemu pošiljal odposlanca. Tudi škotski kralji so bili zaradi njegove darežljivosti tako naklonjeni njegovi volji, da ga niso nikoli nazivali drugače kot gospoda in sebe kot njegove podanike in služabnike. Obstajajo pisma, ki so mu jih poslali in kažejo na njihova občutja do njega. S

tinskimi mesti in otoki. O frankovsko-bizantinskih odnosih v času cesarja Mihaela I. poročata tudi Amalarijeva pesem o mirovnem odposlanstvu v Carigrad.

47 Alfonz II (759–842), kralj Asturije od leta 791. Razširil je oblast na Galicijo in premestil prestolnico v Oviedo. Na njegovo prošnjo je Karel povedel vojaško odpravo v Španijo med leti 798–803.

48 Harun al Rašid (763 ali 766–809), bagdadski kalif iz dinastije Abasidov. Obdobje Harunove vladavine je vrhunec političnega, gospodarskega in kulturnega razvoja Abasidskega kalifata. Prvi stiki med Karlom in Harunom segajo v leto 797, ko sta si izmenjala odposlanstvi.

ron rege Persarum, qui excepta India totum poene tenebat orientem, talem habuit in amicitia concordiam, ut is gratiam eius omnium, qui in toto orbe terrarum erant, regum ac principum amicitiae praeponeret solumque illum honore ac munificentia sibi colendum iudicaret. Ac proinde, cum legati eius, quos cum donariis ad sacratissimum Domini ac salvatoris nostri sepulchrum locumque resurrectionis miserat, ad eum venissent et ei domini sui voluntatem indicassent, non solum quae petebantur fieri permisit, sed etiam sacrum illum et salutarem locum, ut illius potestati ascriberetur, concessit; et revertentibus legatis suos adiungens inter vestes et aromata et ceteras orientalium terrarum opes ingentia illi dona direxit, cum ei ante paucos annos eum, quem tunc solum habebat, roganti mitteret elephantum. Imperatores etiam Constantinopolitani, Niciforus, Michahel et Leo, ultro amicitiam et societatem eius expetentes complures ad eum misere legatos. Cum quibus tamen propter susceptum a se imperatoris nomen et ob hoc eis, quasi qui imperium eis eripere vellet, valde suspectum foedus firmissimum statuit, ut nulla inter partes cuiuslibet scandali remaneret

perzijskim kraljem Harunom,⁴⁹ ki je z izjemo Indije posedoval skoraj ves Vzhod, je imel tako složno prijateljstvo, da je ta dajal prednost prijateljstvu z njim pred vsemi kralji in knezi sveta ter menil, da je Karel edini, ki mu je treba izkazovati spoštovanje s častmi in darežljivostjo. Ko so Karlovi odposlanci obiskali presveti grob ter kraj vstajenja našega Gospoda in Odrešenika, so prišli k Harunu in mu z darovi nakazali voljo svojega gospoda. Ne samo, da je izpolnil, kar so prosili, temveč je Karlu celo prepustil ta sveti in blagoslovljeni kraj.⁵⁰ Ko so se odposlanci vračali, je v obsežen dar dodal še oblačila, dišave in druga bogastva vzhodnih dežel. Pred nekaj leti mu je na priprošnjo poslal edinega slona, ki ga je imel v lasti. Bizantinski cesarji Nikifor, Mihael in Leon, ki so skušali doseči prijateljstvo in zavezništvo s Karlom, so mu poslali številne odposlance.⁵¹ Čeprav so sumili, da jim želi iztrgati oblast, ker si je nadel cesarski naslov, so vendar sklenili zelo trdno zavezništvo, da ne bi nobena od obeh strani ponujala priložnosti za spor. Rimljani in Grki so namreč vedno sumničavo gledali na frankovsko moč.⁵² Od tod izhaja znani grški

49 V znamenju dobrih odnosov so Karla leta 800 v Aachnu obiskali odposlanci jeruzalemskega patriarha in mu izročili ključ Svete groba, Kalvarije in mesta Jeruzalem. Karel je dal v Jeruzalemu postaviti prenočišča za romarje, redovnice z zahoda so začele služiti v cerkvi Svete groba, v cerkvi sv. Marije pa so maševali v latinščini.

50 Nikifor I. (802–11), Mihael I. (811–13) in Leon V. (813–20). Poslanci cesarja Leona V. so v Frankijo prišli šele po Karlovi smrti.

51 Bizanc je Karlovo cesarsko kronanje sprejel kot uzurpacijo in neposredno grožnjo. Pogajanja z Nikiforom I. niso prinesla konkretnih rezultatov, bizantinski cesar ni priznal Karlovega cesarskega naslova in obstoja dveh med seboj neodvisnih cesarstev. Leta 812, po šestletni vojni, je bizantinsko odposlanstvo v Aachnu priznalo Karla za cesarja na Zahodu. Tako je bil Karel v očeh Bizantincev samo »cesar Frankov«, njihov *basileus* pa je še naprej pretendiral za legitimno oblast nad vsem krščanskim svetom.

52 Τὸν Φράγκων φίλον ἔχεις. γείτονα οὐκ ἔχεις. Einhard navede pregovor v grščini, vendar ga zaradi nepoznavanja antične grške ortografije zapiše v bizantinski govorni obliki, v kateri se denimo diftonga *ei* in *η* izgovarjata kot *i* – »i«.

occasio. Erat enim semper Romanis et Grecis Francorum suspecta potentia. Unde et illud Grecum extat proverbium: ΤΟΝ ΦΡΑΝΚΟΝ ΦΙΛΟΝ ΕΧΙΕΙ, ΓΙΤΟΝΑ ΟΥΚ ΕΧΙΕΙ.

XVII.

Qui cum tantus in ampliando regno et subigendis exteris nationibus existeret et in eiusmodi occupationibus assidue versaretur, opera tamen plurima ad regni decorem et commoditatem pertinentia diversis in locis inchoavit, quaedam etiam consummavit. Inter quae praecipua fere non inmerito videri possunt basilica sanctae Dei genitricis Aquisgrani opere mirabili constructa et pons apud Mogontiacum in Rheno quingentorum passuum longitudinis - nam tanta est ibi fluminis latitudo; qui tamen uno, antequam decederet, anno incendio conflavit, nec refici potuit propter festinatum illius decessum, quamquam in ea meditatione esset, ut pro ligneo lapideum restitueret. Inchoavit et palatia operis egregii, unum haud longe a Mogontiaci civitate, iuxta villam cui vocabulum est Ingilenheim, alterum Noviomagi super Vahalem fluvium, qui Batavorum insulam a parte meridiana praeterfluit. Praecipue tamen aedes sacras ubicumque in toto regno suo vetustate conlapsas conperit, pontificibus et patribus, ad quorum curam pertinebant, ut restau-

pregovor: »Franka imej za prijatelja, ne pa za soseda.«⁵³

Javna dela

Karel, ki se je izkazal za tako velikega v povečevanju kraljestva in podjarmljanju tujih narodov ter je bil nenehno zaposlen s podobnimi načrti, je kljub temu na različnih krajih začel številna dela, ki bi služila kraljestvu v okras in dobrobit, nekatera je celo dokončal. Med temi lahko še zlasti upravičeno izstopata čudovito zgrajena bazilika svete Matere božje v Aachnu in most čez Ren blizu Mainza, ki je meril pol milje v dolžino, tolikšna je namreč širina reke. Slednji je leto, preden je Karel umrl, pogorel in zaradi njegove prenagle smrti ni mogel biti obnovljen, čeprav je cesar načrtoval, da bi ga obnovil s kamnom namesto lesa. Začel je z izvrstno gradnjo dveh palač, ene nedaleč od mesta Mainz ob posestvu, ki se imenuje Ingelheim, in druge v Nijmegenu nad reko Waal,⁵⁴ ki oblika južni del otoka Batavijcev. Toda še zlasti je poskrbel za svetišča povsod v kraljestvu, kjer so se od starosti porušila.⁵⁵ Duhovnikom in opatom, ki jim je naložil skrb za obnovo, je po odposlancih ukazal, naj izvršijo naročeno. Zgradil je tudi ladjeve za

53 Waal ali Vahalis, pritok Rena na območju današnje Nizozemske.

54 Suet. Aug. 30. Tudi Avgust je obnavljal poškodovana svetišča.

55 Razlog za gradnjo obrambnega ladjevja so bili pogosti danski napadi na obale frankovske države, vendar Frankom nikoli ni uspelo prevzeti nadzora nad Severnim morjem. V Sredozemlju je bila frankovska mornarica močnejša, vendar so ta prostor še bolj ogrožale muslimanske države in morski razbojniki. Tudi tu jim ni uspelo zagotoviti mirne plovbe in varnosti obalnih mest.

rarentur, imperavit, adhibens curam per legatos, ut imperata perficerent. Molitus est et classem contra bellum Nordmannicum, aedificatis ad hoc navibus iuxta flumina, quae et de Gallia et de Germania septentrionalem influunt oceanum. Et quia Nordmanni Gallicum litus atque Germanicum assidua infestatione vastabant, per omnes portus et ostia fluminum, qua naves recipi posse videbantur, stationibus et excubiis dispositis, ne qua hostis exire potuisset, tali munitione prohibuit. Fecit idem a parte meridiana in litore provinciae Narbonensis ac Septimaniae, toto etiam Italiae litore usque Romam contra Mauros nuper pyriticam exercere adgressos; ac per hoc nullo gravi damno vel a Mauris Italia vel Gallia atque Germania a Nordmannis diebus suis adfecta est, praeter quod Centumcellae civitas Etruriae per prodicionem a Mauris capta atque vastata est, et in Frisia quaedam insulae Germanico litori contiguae a Nordmannis depradatae sunt.

XVIII.

Talem eum in tuendo et ampliando simulque ornando regno fuisse constat. Cuius animi dotes et summam in qualicumque et prospero et adverso eventu constantiam ceteraque ad interiorem atque domesticam vitam pertinentia iam abhinc dicere exordiar. Post mortem patris cum fratre re-

vojno zoper Normane.⁵⁶ Ladje so bile v ta namen narejene ob rekah, ki se iz Galije in Germanije izlivajo v severni ocean. Še več, ker so Normani nenehno pustošili po galski in germanški obali, je dal postaviti utrjene postaje ter straže v vseh pristaniščih in ustjih rek, ki bi lahko sprejela ladje, da se sovražnik ne bi mogel izkrcati. Enako je ukrepal tudi na južni obali v delu Narbonske Galije⁵⁷ in Septimanijske⁵⁸, po vsej italijanski obali do Rima, zoper napade Mavrov, ki so se nedavno začeli ukvarjati z morskimi razbojništvom. Zaradi tega v njegovih dneh Italija s strani Mavrov ni utrpela večje škode, Galija in Germanija pa ne od Normanov. Mavri so izjemoma po zaslugi izdaje zavzeli in opustošili toskansko mesto Civitavecchia, Normani pa so oplenili nekaj otokov v Friziji ob germanski obali.

Zasebno življenje

Jasno je, da je Karel uspešno branil in širil, pa tudi krasil svoje kraljestvo. Naj na tem mestu spregovorim še o njegovih nadarjenostih in izjemni stanovitnosti tako v dobrem kot slabem ter o ostalih podrobnostih iz njegovega zasebnega in družinskega življenja.⁵⁸ Po očetovi smrti, ko si je

⁵⁶ Narbona – Narbonne, mesto in pokrajina na obali današnje južne Francije.

⁵⁷ Septimanijska, upravno območje med reko Rona in Pireneji. Leta 720 so jo zavzeli Arabci, v naslednjem desetletju je je osvobodil Karel Martel, v času vladanja Pipina Malega pa je bila dokončno priključena frankovski državi.

⁵⁸ Suet. Aug. 61.

gnum partitus tanta patientia simultates et invidiam eius tulit, ut omnibus mirum videretur, quod ne ad iracundiam quidem ab eo provocari potuisset. Deinde cum matris hortatu filiam Desiderii regis Langobardorum duxisset uxorem, incertum qua de causa, post annum eam repudiavit et Hildigardam de gente Suaborum praecipuae nobilitatis feminam in matrimonium accepit; de qua tres filios, Karolum videlicet, Pippinum et Hludowicum, totidemque filias, Hruodtrudem et Berhtam et Gislam, genuit. Habuit et alias tres filias, Theoderadam et Hiltrudem et Hruodhadidem, duas de Fastrada uxore, quae de Orientalium Francorum, Germanorum videlicet, gente erat, tertiam de concubina quadam, cuius nomen modo memoriae non occurrit. Defuncta Fastrada Liutgardam Alamannam duxit, de qua nihil liberorum tulit. Post cuius mortem quattuor habuit concubinas, Madelgardam scilicet, quae peperit ei filiam nomine Ruothildem, Gersuindam Saxonici generis, de qua ei filia nomine Adaltrud nata est, et Reginam, quae ei Drogonem et Hugum genuit, et Adalindem, ex qua Theodericum procreavit. Mater quoque eius Berhtrada in magno apud eum honore consenuit. Colebat enim eam cum summa reverentia, ita ut nulla umquam invicem sit exorta discordia, praeter in divortio filiae Desiderii regis, quam illa suadente acceperat. Decessit tandem post mortem Hildigardae, cum iam tres nepotes suos totidemque neptes in filii domo vidisset. Quam ille in

delil kraljestvo z bratom, je tako prenašal njegovo rovarjenje in zavist, da so se vsi čudili, ker ga ni zmozel spraviti v bes. Ko se je naposled na materino prigovarjanje oženil s hčerjo langobardskega kralja Desiderija, jo je čez leto dni odslovil iz neznanega razloga in vzel v zakon Hildegardo, plemkinjo švabskega rodu. Z njo je imel tri sinove – Karla, Pipina in Ludvika, ter ravno toliko hčera – Rotrudo, Berto in Gizelo. Imel je še tri druge hčere – Teoderado, Hiltrudo in Rotaído, dve z ženo Fastrado, ki je bila vzhodnofrankovskega, torej germanskega izvora, tretjo pa s priležnico, katere imena se trenutno ne spomnim. Po smrti Fastrade si je vzel Alemanko Liutgardo, s katero ni imel otrok. Po njeni smrti je imel štiri priležnice – Madelgardo, ki mu je rodila hčer po imenu Rotilda, Gersvindo iz saškega rodu, s katero se mu je rodila hči Adaltruda, Regino, ki mu je rodila Drogon in Huga, ter Adalindo, s katero je imel sina Teodorika. Karlova mati Bertrada se je postarala ob njem v velikih časteh.⁵⁹ Do nje je gojil tako veliko spoštovanje, da ni med njima nikoli vzklikal noben spor, razen ob ločitvi s hčerjo kralja Desiderija, ki jo je sprejel ob njenem prepričevanju. Umrla je po Hildegardini smrti, ko je že videla svoje tri vnuke in ravno toliko vnukinj v sinovem domu. Karel jo je dal z velikimi častmi pokopati v isti baziliki, kjer je ležal tudi oče, pri svetem Dioniziju.⁶⁰ Imel je le eno sestro po imenu Gizela, ki je bila od dekliških let predana verske-

59 Svetonij govori podobno o Avgustovem odnosu do matere in sestre (Aug. 61).

60 Sv. Dionizij, opatija Saint-Denis pri Parizu.

eadem basilica, qua pater situs est, apud Sanctum Dionisium, magno cum honore fecit humari. Erat ei unica soror nomine Gisla, a puellaribus annis religiosae conversationi mancipata, quam similiter ut matrem magna coluit pietate. Quae etiam paucis ante obitum illius annis in eo, quo conversata est, monasterio decessit.

XIX.

Liberos suos ita censuit instituentos, ut tam filii quam filiae primo liberalibus studiis, quibus et ipse operam dabat, erudirentur. Tum filios, cum primum aetas patiebatur, more Francorum equitare, armis ac venatibus exerceri fecit, filias vero lanificio adsuescere colloque ac fuso, ne per otium torperent, operam impendere atque ad omnem honestatem erudiri iussit. Ex his omnibus duos tantum filios et unam filiam, priusquam moreretur, amisit, Karolum, qui natu maior erat, et Pippinum, quem regem Italiae praefecerat, et Hruodtrudem, quae filiarum eius primogenita et a Constantino Grecorum imperatore desponsata erat. Quorum Pippinus unum filium suum Bernhardum, fili-

mu življenju. Tudi do nje je gojil enako veliko spoštovanje kot do matere. Tudi ona je umrla nekaj let pred njegovo smrtjo v samostanu, kjer je bila posvečena.

Izobraževanje Karlovih otrok

Glede izobrazbe svojih otrok se je odločil, naj se najprej učijo svobodnih umetnosti,⁶¹ ki se jim je tudi sam posvečal. Potem, ko je bilo letom primerno, je dal sinove po frankovskem običaju uriti v jezdenju, bojevanju in lovu, hčere pa so se po njegovem ukazu morale privajati predenju volne, posvečati trud preslici in vretenu,⁶² da ne bi otopele v brezdelju, ter se vzgajati v poštenju. Preden je umrl, je od vseh izgubil samo dva sinova in eno hčer – Karla,⁶³ ki je bil najstarejši, Pipina, ki ga je kronal kot kralja Italije,⁶⁴ in Rotrudo,⁶⁵ ki je bila prvorojena med njegovimi hčerami in zaročena s Konstantinom, cesarjem Grkov. Pippin je zapustil sina Bernarda⁶⁶ in pet

61 Izobraževanje na dvoru je sledilo antičnemu zgledu *septem artes liberales* – sedem svobodnih umetnosti. Pouk se je delil na dve stopnji *trivium* (gramatika, retorika, dialektika) in *quadrivium* (aritmetika, geometrija, astronomija, glasba), poudarek so dajali predvsem prvi stopnji.

62 Suet. Aug. 64.

63 Karel mlajši je umrl 4. 12. 811.

64 Pippin je vladal kot kralj Italije od leta leta 781. Umrl je 8. 6. 810.

65 Rotruda je umrla 6. 6. 810.

66 Bernard se je rodil leta 797, vzgajan pa je bil v samostanu Fulda. Že leta 812 je dobil v upravljanje Italijo, leta 813 pa je bil na državni skupščini, kjer je bil Ludvik okronan za cesarja, imenovan za upravitelja in kralja Italije. Po Karlovi smrti se je Bernard poklonil Ludviku kot novemu cesarju, v zameno ga je te potrdil za kralja Italije. Po Ludvikovem načrtu razdelitve cesarstva med svoje sinove (*Ordinatio imperii*, 817) je bil Bernard izigran in prisiljen k pokorščini Ludvikovemu sinu Lotarju. Zato se je še istega leta uprl, vendar je bil premagan in primoran v vdajo. Aachenska skupščina ga je obsodila na smrt, Ludvik pa ga je pomilostil in spremenil kazen v oslepitev. Bernard je umrl tri dni po kruti izvršitvi ukaza, 3. 10. 818.

as autem quinque, Adalhaidem, Atulam, Gundradam, Berthaidem ac Theoderadam, superstites reliquit. In quibus rex pietatis suae praecipuum documentum ostendit, cum filio defuncto nepotem patri succedere et neptes inter filias suas educari fecisset. Mortes filiorum ac filiae pro magnanimitate, qua excellebat, minus patienter tulit, pietate videlicet, qua non minus insignis erat, compulsus ad lacrimas. Nuntiatio etiam sibi Hadriani Romani pontificis obitu, quem in amicis praecipuum habebat, sic flevit, acsi fratrem aut carissimum filium amisisset. Erat enim in amicitia optime temperatus, ut eas et facile admitteret et constantissime retineret, colebatque sanctissime quoscumque hac adfinitate sibi coniunxerat. Filiorum ac filiarum tantam in educando curam habuit, ut numquam domi positus sine ipsis caenaret, numquam iter sine illis faceret. Adequitabant ei filii, filiae vero poene sequebantur, quarum agmen extremum ex satellitum numero ad hoc ordinati tuebantur. Quae cum pulcherrimae essent et ab eo plurimum diligenterentur, mirum dictu, quod nullam earum cuiquam aut suorum aut exterorum nuptum dare voluit, sed omnes secum usque ad obitum suum in domo sua retinuit, dicens se earum contubernio carere non posse. Ac propter hoc, licet alias felix, adversae fortunae malignitatem expertus est. Quod tamen ita dissimulavit, acsi de eis nulla umquam

hčera – Adelaido, Atulo, Gundrado, Bertaido in Teoderado. Kralj je pokazal očiten dokaz svoje navezanosti na preminulega sina s tem, da je vnuka določil za očetovega naslednika, vnukinje pa dal vzgajati med svojimi hčera. S smrtjo sinov in hčera se ni mogel tako sprijazniti, kot bi pričakovali spričo njegove izjemne trdnosti v duhu, saj je bil očitno zaradi navezanosti, po kateri ni nič manj slovel, pretresen do solz. Ko so mu sporočili, da je umrl papež Hadrijan, s katerim je imel še posebej prijateljski odnos, je tako zajokal, kot da bi izgubil brata ali najdražjega sina. Bil je namreč sila spreten pri prijateljskih vezeh, ki jih je zlahka navezal in karseda stalno ohranjal. Najbolj sveto je spoštoval kogarkoli, s katerim se je povezal v tak odnos.⁶⁷ Izobraževanju svojih sinov in hčera je posvečal tolikšno skrb, da ni brez njih nikoli obedoval doma ali odpotoval. Sinovi so jezдили poleg njega, hčere pa so mu sledile v zaščitnici,⁶⁸ ki so jo varovali osebni stražarji. Sliši se čudno, a čeprav so bile zelo lepe in jih je nadvse cenil, ni hotel nobene od njih dati za ženo kateremu od domačinov ali tujcev ter jih je vse skupaj zadržal pri sebi doma vse do svoje smrti. Govoril je namreč, da ne more zdržati brez njihove družbe.⁶⁹ Zaradi tega je, čeprav je bil sicer srečen, izkusil škodljivost nesreče. Vendar se je pretvarjal, da ne ve za razširje-

67 Einhard meni, da s tem prekaša cesarja Avgusta, ki je prijateljstva ohranjal zelo skrbno, ni pa jih sklepal zlahka. Suet. Aug. 66.

68 Prim. Suet. Aug. 64, o Avgustu in njegovih vnukih.

69 Zdi se, da Karel ni zadrževal hčera pri sebi iz osebne navezanosti, temveč zaradi strahu pred zeti, ki bi lahko pomenili grožnjo celovitosti frankovske države, če bi hoteli uveljavljati pravico do dedovanja.

alicuius probri suspicio exorta vel fama dispersa fuisset.

ne govorice in sumničenja o njihovi kreposti.⁷⁰

XX.

Erat ei filius nomine Pippinus ex concubina editus, cuius inter ceteros mentionem facere distuli, facie quidem pulcher, sed gibbo deformis. Is, cum pater bello contra Hunos suscepto in Baioaria hiemaret, aegritudine simulata, cum quibusdam e primoribus Francorum, qui eum vana regni promissione inlexerant, adversus patrem coniuravit. Quem post fraudem detectam et damnationem coniuratorum detonsum in coenobio Prumia religiosae vitae iamque volentem vacare permisit. Facta est et alia prius contra eum in Germania valida coniuratio. Cuius auctores partim luminibus orbat, partim membris incolomes, omnes tamen exilio deportati sunt; neque ullus ex eis est interfectus nisi tres tantum; qui cum se, ne comprehenderentur, strictis gladiis defenderent, aliquos etiam occidissent, quia aliter coerceri non poterant, interempti sunt. Harum tamen coniurationum Fastradae reginae crudelitas causa et origo extitisse creditur. Et idcirco in ambabus contra regem conspiratum est, quia uxoris crudelitati consentiens a suae naturae benignitate ac solita mansuetudine inmaniter exorbitasse videbatur. Ceterum per omne vitae suae tempus ita cum summo omnium amore atque favore et domi et foris conversatus est,

Zarote proti Karlu

Karel je imel s priležnico sina po imenu Pipin, ki ga med ostalimi nisem omenil. Imel je sicer lep obraz, vendar ga je kazila grba. Ko se je Karel vojskoval proti Hunom in preizmoval na Bavarskem, je Pipin hlinil bolezen in se zarotil proti očetu z nekaterimi frankovskimi plemiči, ki so ga preslepili z obljubo po vladanju. Ko je Karel razkril zaroto in kaznoval zarotnike, mu je dal obriti glavo in mu na njegovo željo dovolil preživljati čas v molitvi v samostanu Prüm. Proti Karlu se je oblikovala močna zarota že prej v Germaniji. Zarotnike so deloma oslepili, deloma so prizanesli njihovim udom, vse pa so poslali v izgnanstvo. Ubiti so bili samo trije, ki so v svoji obrambi izvlekli meče, da ne bi padli v ujetništvo. Nekaj mož so celo ubili, preden so jih posekali, saj jih drugače niso mogli onesposobiti. Verjame se, da tiči izvor in vzrok tema zarotama v okrutnosti kraljice Fastrade.⁷¹ Obe sta bili uperjeni proti kralju, ker se je zdelo, da se je sprijaznil s kraljičino okrutnostjo in se močno oddaljil od dobrotljivosti svoje narave in običajne prijaznosti. Vse ostalo so v času njegovega življenja vsi cenili z ljubeznijo in naklonjenostjo tako močno, da proti njemu ni bilo moč

⁷⁰ Einhard zopet postavlja Karla zaradi mirnosti in blagosti v prednost pred Avgustom, ki se je zelo burno odzival na novice o nespodobnem obnašanju svoje hčere in vnukinje.

⁷¹ Ena najokrutnejših Karlovih odločitev je zabeležena tik pred poroko s Fastrado leta 782. Tedaj je bilo po sojenju v Verdenu pobitih 4500 saških ujetnikov. Število je seveda pretirano, tako kot antični historiografi skuša tudi Einhard s tisočicami ustvariti vtis velike množice.

ut numquam ei vel minima iniustae crudelitatis nota a quoquam fuisset obiecta.

zaznati nobenega očitka nepravilne okrutnosti.

XXI.

Karlov odnos do tujcev

Amabat peregrinos et in eis suscipiendis magnam habebat curam, adeo ut eorum multitudo non solum palatio, verum etiam regno non immerito videretur onerosa. Ipse tamen prae magnitudine animi huiuscemodi pondere minime gravabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis ac bonae famae mercede compensaret.

Tujce je imel rad in močno se trudil, da jih je lepo sprejel. Toliko se jih je gnetlo ne samo v palači, temveč tudi v kraljestvu, da bi jih lahko upravičeno imeli za breme. Vendar se on zavoljo veličine svojega duha ni kaj dosti obremenjeval, saj je bil v zameno za velike neprijetnosti deležen hvale svoji radodarnosti in nagrajen z velikim ugledom.

XXII.

Videz

Corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quae tamen iustam non excederet - nam septem suorum pedum proceritatem eius constat habuisse mensuram -, apice capitis rotundo, oculis praegrandibus ac vegetis, naso paululum mediocritatem excedenti, canitie pulchra, facie laeta et hilari. Unde formae auctoritas ac dignitas tam stanti quam sedenti plurima acquirebatur; quamquam cervix obesa et brevior venterque proiectior videretur, tamen haec cetero-

Karel je imel veliko in močno telo, po postavi je izstopal,⁷² vendar ne neenakomerno, znano je namreč, da je meril v višino sedem dolžin svojega stopala.⁷³ Vrh njegove glave je bil okrogel, oči ogromne in živahne,⁷⁴ nos nekoliko daljši od običajnega, lasje lepi, obraz pa vesel in nasmejan. Tako je večina videla v njegovi zunanjosti moč in veljavo, če je stal ali sedel.⁷⁵ Čeprav je se je zdel njegov vrat zamaščen in trebuh nekoliko štrleč,⁷⁶ je vse to vendar prikrila enakomer-

72 Suet. Tib. 68, Calig. 50.

73 Po zadnjih raziskavah, o katerih so julija 2010 poročali F. J. Rühli, B. Blümich in M. Henneberg, M., *Economics & Human Biology* 8 (2010): 289–90, Karel Veliki ni bil tako visok, kot navaja Einhard, nikakor pa ni imel prekomerne teže. Trije izvedenci iz Švice, Nemčije in Avstralije so preučili Karlovo levo piščal, ki je ohranjena med njegovimi posmrtnimi ostanki v aachenski katedrali. Ob uporabi rentgena in računalniške tomografije so ugotovili, da je omenjena kost dolga 43 cm. Po znanstveni metodi merjenja glede na proporce človeškega telesa so ocenili, da je bil Karel visok 1.79–1.92 m. Povprečna višina moškega iz karolinškega obdobja naj bi znašala okrog 1.69 m.

74 Suet. Tib. 68, Caes. 45.

75 Suet. Claud. 30.

76 Suet. Ner. 51, Tit. 3.

rum membrorum celabat aequalitas. Incessu firmo totaque corporis habitudine virili; voce clara quidem, sed quae minus corporis formae conveniret. Valitudine prospera, praeter quod, antequam decederet, per quatuor annos crebro febribus corripiebatur, ad extremum etiam uno pede claudicaret. Et tunc quidem plura suo arbitrato quam medicorum consilio faciebat, quos poene exosos habebat, quod ei in cibis assa, quibus assuetus erat, dimittere et elixis adsuescere suadebant. Exercebatur assidue equitando ac venando; quod illi gentilicium erat, quia vix ulla in terris natio invenitur, quae in hac arte Francis possit aequari. Delectabatur etiam vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu corpus exercens; cuius adeo peritus fuit, ut nullus ei iuste valeat anteferri. Ob hoc etiam Aquisgrani regiam exstruxit ibique extremis vitae annis usque ad obitum perpetim habitavit. Et non solum filios ad balneum, verum optimates et amicos, aliquando etiam satellitum et custodum corporis turbam invitavit, ita ut nonnumquam centum vel eo amplius homines una lavarentur.

XXIII.

Vestitu patrio, id est Francico, utebatur. Ad corpus camisam lineam, et feminalibus lineis induebatur, deinde tunicam, quae limbo serico ambiiebatur, et tibialia; tum fasciis cru-

*nost ostalih udov.*⁷⁷ Njegov korak je bil trden, videz telesa povsem moški, glas jasen, toda manj, kot bi pričakovali glede na njegovo velikost. Bil je dobrega zdravja, z izjemo štirih let pred smrtjo, ko je pogosto podlegel vročici,⁷⁸ proti koncu je tudi šepal na eno nogo. Celo tedaj je bolj zaupal lastni presoji kot nasvetu zdravnikov,⁷⁹ ki jih je imel skoraj za sovražne, ker so mu svetovali, naj namesto pečene-ga mesa, ki ga je bil vajen, uživa kuhano. Še posebej se je ukvarjal z jezenjem in lovom, kar je bilo običajno v njegovem rodu, saj skoraj ni moč najti naroda na zemlji, ki bi se mogel v tej veščini meriti s Franki. Razveseljeval se je tudi z vdihavanjem hlapov iz naravnih toplih vrelcev, saj se je pogosto uril v plavanju. V tem je bil tako spreten, da ga nihče ni mogel prekositi. Zaradi tega je dal zgraditi palačo v Aachnu, kjer je stalno prebival zadnja leta svojega življenja do smrti. V kopališče ni vabil samo svojih sinov, temveč tudi plemiče in prijatelje, nekajkrat celo množico oseb-nih in telesnih stražarjev, tako da se je nemalokrat kopalo skupaj sto ali celo več ljudi.

Oblačila

Nosil je oblačila po izročilu svojih očetov, torej Frankov. Trup je oblačil v laneno srajco in lanene spodnje hlače, čez vse si je nadel tuniko, obrobjeno s svilenimi resicami. Hla-

⁷⁷ Suet. Aug. 79.

⁷⁸ Suet. Caes. 45.

⁷⁹ Suet. Tib. 68.

ra et pedes calciamentis constringebat et ex pellibus lutrinis vel murinis thorace confecto umeros ac pectus hieme muniebat, sago veneto amictus et gladio semper accinctus, cuius capulus ac balteus aut aureus aut argenteus erat. Aliquoties et gemmato ense utebatur, quod tamen non nisi in praecipuis festivitativibus vel si quando exterarum gentium legati venissent. Peregrina vero indumenta, quamvis pulcherrima, respuebat nec umquam eis indui patiebatur, excepto quod Romae semel Hadriano pontifice petente et iterum Leone successore eius supplicante longa tunica et clamide amictus, calceis quoque Romano more formati induebatur. In festivitativibus veste auro texta et calciamentis gemmatis et fibula aurea sagum adstringente, diademate quoque ex auro et gemmis ornatus incedebat. Aliis autem diebus habitus eius parum a communi ac plebeio abhorrebat.

XXIV.

In cibo et potu temperans, sed in potu temperantior, quippe qui ebrietatem in qualicumque homine, nedum in se ac suis, plurimum abhominabatur. Cibo enim non adeo abstinere puterat, ut saepe quereretur noxia corpori suo esse ieiunia. Convivabatur rarissime, et hoc praecipuis tantum festivitativibus, tunc tamen cum magno hominum numero. Caena cotidiana quaternis tantum ferculis praebebat,

če na nogah si je privezoval s povoji, stopala pa je obuval v čevlje. Pozimi si je zaščitil trup in ramena z lepo podajočim se plaščem iz vidrinega ali kunjega kožuha,⁸⁰ čez vse je vrgel modro ogrinjalo in imel vedno pripasan meč z zlatim ali srebrnim ročajem in pasom. Včasih je nosil tudi meč, okrašen z dragulji, vendar samo ob večjih praznikih ali ob obiskih poslanca tujih narodov. Tuja oblačila, pa naj so bila še tako lepa, je preziral in se nikoli ni pustil obleči vanje, razen dvakrat v Rimu – na prošnjo papeža Hadrijana in njegovega naslednika Leona se je oblekel v dolgo tuniko in ogrinjalo ter si obul čevlje, izdelane po rimski šegi. Ob praznikih se je pojavljal v oblačilu, tkanem z zlatom, v obuvalih, pokritih z biseri, s pokrivalom, spetim z zlato sponko ter ozaljšan s krono iz zlata in draguljev. Ostale dni se je po oblačilu le malo razlikoval od preprostih ljudi.

Navade

Pri hrani in pijači je bil zmeren, pri slednji še precej bolj, saj se mu je pri vsakem človeku studila pijanost, še najbolj pri sebi in svojih bližnjih. Sicer pa je menil, da se ne more zlahka odpovedati hrani, saj je pogosto tožil, da post škoduje njegovemu telesu. Zelo redko je prirejal gostije,⁸¹ samo ob redkih slovesnostih, vendar takrat za veliko število ljudi. Vsakodnevni obed mu je bil postrežen v

⁸⁰ Suet. Aug. 82.

⁸¹ V nasprotju z Avgustom, ki je pogosto prirejal gostije. Suet. Aug. 74.

praeter assam, quam venatores veribus inferre solebant, qua ille libentius quam ullo alio cibo vescebatur. Inter caenandum aut aliquod acroama aut lectorem audiebat. Legebantur ei historiae et antiquorum res gestae. Delectabatur et libris sancti Augustini, praecipueque his qui de civitate Dei praetitulati sunt. Vini et omnis potus adeo parvus in bibendo erat, ut super caenam raro plus quam ter biberet. Aestate post cibum meridianum pomorum aliquid sumens ac semel bibens, depositis vestibus et calciamentis, velut noctu solitus erat, duabus aut tribus horis quiescebat. Noctibus sic dormiebat, ut somnum quater aut quinquies non solum expergescendo, sed etiam desurgendo interrumperet. Cum calciaretur et amicaretur, non tantum amicos admittebat, verum etiam, si comes palatii litem aliquam esse diceret, quae sine eius iussu definiri non posset, statim litigantes introducere iussit et, velut pro tribunali sederet, lite cognita sententiam dixit; nec hoc tantum eo tempore, sed etiam quicquid ea die cuiuslibet officii agendum aut cuiquam ministrorum iniungendum erat expediebat.

štirih hodih,⁸² če ne štejemo pečene-ga mesa, ki so mu ga lovci ponavadi prinesli vsako pomlad. Tega je užival od vseh jedi najraje. Med obedovanjem je poslušal bodisi glasbo⁸³ bodisi bralca. Prebirali so mu zgodovino in dosežke starodobnikov. Užival je ob knjigah svetega Avgušтина, še zlasti ob delu z naslovom *O Božji državi*. V pitju vina in vsakršne pijače je bil tako skromen, da je pri obedu redko spil več kot tri čaše.⁸⁴ Poleti je po opoldanskem kosilu zaužil nekaj sadja in spil eno čašo, odložil oblačila in sezul obuvala, kot je bil navajen ponoči, ter šel počivat za dve ali tri ure.⁸⁵ Pri nočnem počitku ni imel le navade, da se je štirikrat do petkrat prebudil iz spanca, temveč ga je prekinil tudi s tem, da je vstajal.⁸⁶ Ko se je oblačil in obuval, ni samo pustil k sebi prijateljev,⁸⁷ temveč je tudi ukazal, naj privedejo k njemu oba udeleženca v sporu, če je palatinski grof presodil, da se ga ne da rešiti brez kralja. Tako je izrekel sodbo obravnavanemu primeru, kot da bi sedel na prestolu. To pa ni bilo edino, kar je opravljal v tem času, temveč je poskrbel za vse, karkoli je že bilo treba tisti dan opraviti ali naložiti komu od svojih služabnikov.

XXV.

Erat eloquentia copiosus et exuberans poteratque quicquid vellet aper-

Učenost

Imel je bogat besednjak, govoril je jasno in tekoče, lahko je najprimerneje

82 Suet. Aug. 74.

83 Prav tam.

84 Suet. Aug. 77.

85 Suet. Aug. 78.

86 Prav tam.

87 Suet. Vesp. 21.

tissime exprimere. Nec patrio tantum sermone contentus, etiam peregrinis linguis ediscendis operam impendit. In quibus Latinam ita didicit, ut aequae illa ac patria lingua orare sit solitus, Grecam vero melius intellegere quam pronuntiare poterat. Adeo quidem facundus erat, ut etiam dicaculus appareret. Artes liberales studiosissime coluit, earumque doctores plurimum veneratus magnis adficebat honoribus. In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconem senem audivit, in ceteris disciplinis Albinum cognomento Alcoinum, item diaconem, de Brittania Saxonici generis hominem, virum undecumque doctissimum, praeceptorem habuit, apud quem et rethoricae et dialecticae, praecipue tamen astronomiae ediscendae plurimum et temporis et laboris impertivit. Discebat artem computandi et intentione sagaci siderum cursum curiosissime rimabatur. Temptabat et scribere tabulasque et codicillos ad hoc in lecto sub cervicalibus circumferre solebat, ut, cum vacuum tempus esset, manum litteris effigiendis adsuesceret, sed parum successit labor praeposterus ac sero inchoatus.

izrazil vse, kar je hotel. Ni se zadovoljil zgolj z materinščino, temveč se je posvetil tudi učenju tujih jezikov. Med temi se je tako izučil v latinščini, da jo je govoril prav tako vajeno kot materinščino. Grški jezik pa je sicer razumel, a ga ni zmogel najbolje govoriti.⁸⁸ Bil je tako izrazil v govorništvu, da bi ga lahko tudi poučeval. Z največjo vnemo je gojil svobodne umetnosti, učitelje, ki so jih poučevali, pa je najbolj cenil in obdaril z najvišjimi častmi. Predavanja in slovnice je poslušal pri diakonu Petru iz Pise,⁸⁹ ko je bil ta že star. Drugi diakon Albin, ki je imel vzdevek Alkvin,⁹⁰ po rodu Sas iz Britanije, najbolj učen mož svojega časa, je poučeval Karla pri ostalih predmetih. Še zlasti se je posvečal retoriki in dialektiki, toda večino časa in truda je namenil astronomiji. Učil se je večšine računanja ter z veliko radovednostjo in z bistroumno pozornostjo preučeval poti nebesnih teles. Poskušal je tudi pisati. Tablice in zvezke je po navadi polagal pod vzglavnik v postelji, da bi v prostem času privadil roko pisanju črk, vendar je dosegel malo, saj se temu ni posvetil v pravem času, temveč v poznejših letih.

88 udi Svetonij pri opisovanju življenj rimskih cesarjev komentira poznavanje jezikov: *Aug.* 89, *Tib.* 71, *Claud.* 42, *Tit.* 3.

89 Slovníčar Peter iz Pise je bil eden najimenitnejših predavateljev dvorne šole v Aachnu. Na Karlov dvor je prišel okrog leta 776, v Italijo pa se je vrnil v osemdesetih letih.

90 Alkvin, Anglosas, rojen leta 730 v Northumbriji, predstojnik katedralne cerkve v Yorku. Leta 881 je v Rimu srečal Karla, ki ga je povabil v Aachen. Alkvin je od leta 782 upravljal dvorno šolo, nato pa postal opat samostana sv. Martina v Toursu. Alkvin je bil ustanovitelj številnih novih izobraževalnih ustanov in samostanskih šol, šolski sistem je organiziral in reformiral na podlagi antične kulturne zapuščine ter krščanskega ustroja frankovske države. Napisal je številna teološka, hagiografska dela, učbenike in pesmi.

XXVI.

Religionem Christianam, qua ab infantia fuerat inbutus, sanctissime et cum summa pietate coluit, ac propter hoc plurimae pulchritudinis basilicam Aquisgrani extruxit auroque et argento et luminaribus atque ex aere solido cancellis et ianuis adornavit. Ad cuius structuram cum columnas et marmora aliunde habere non posset. Roma atque Ravenna devehenda curavit. Ecclesiam et mane et vespere, item nocturnis horis et sacrificii tempore, quoad eum validudo permiserat, inpigre frequentabat, curabatque magnopere, ut omnia quae in ea gerebantur cum qua maxima fierent honestate, aedituos creberrime commonens, ne quid indecens aut sordidum aut inferri aut in ea remanere permetterent. Sacrorum vasorum ex auro et argento vestimentorumque sacerdotalium tantam in ea copiam procuravit, ut in sacrificiis celebrandis ne ianitoribus quidem, qui ultimi ecclesiastici ordinis sunt, privato habitu ministrare necesse fuisset. Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit. Erat enim utriusque admodum eruditus, quamquam ipse nec publice legeret nec nisi submissim et in commune cantaret.

XXVII.

Circa pauperes sustentandos et grauitam liberalitatem, quam Greci

Pobožnost

Krščansko vero, v kateri je bil vzgojen že v otroštvu, je spoštoval z vso predanostjo in pobožnostjo. Zato je dal zgraditi prečudovito baziliko v Aachnu in jo okrasil z zlatom, s srebrom, s svetilkami ter z vrati in rešetkami iz trdega brona. Stebre in marmor je dal pripeljati iz Rima in Ravenne, saj jih drugod ni imel na voljo. Cerkev je redno obiskoval tako zjutraj kot zvečer, tako v nočnih urah kot v času maše,⁹¹ če mu je le dopuščalo zdravje. Nadvse je skrbel, da se je bogoslužje opravljalo s karseda velikimi častmi, zakristane pa je zelo pogosto opozarjal, naj ne dopustijo, da se kaj nespodobnega ali umazanega prinese v cerkev ali ostane v njej. Priskrbel je tolikšno količino svetega posodja iz zlata in srebra ter duhovniških oblačil, da celo vratarjem, ki so postavljeni najnižje v cerkvenem redu, ni bilo treba nositi vsakodnevnih oblačil pri opraviilih.⁹² Zelo zavzeto si je prizadeval izboljšati branje in petje psalmov. V obeh veččinah je bil namreč zelo izurjen, čeprav sam javno ni nikoli bral in pel, razen pritajeno in skupaj z ostalimi.

Dobrodelnost

Tako zelo je bil predan podpiranju revnih in skrbi za brezposojno

91 V tem času se je darovala samo ena maša na dan, vedno zjutraj. *Horae* so bile skupne molitve redivnikov, ki so bile razporejene čez dan in noč. Molile so se sedemkrat dnevno.

92 Med nižje cerkven stanove so spadali ostijar (vratar), lektor (bralec), eksorcist (izganjalec zlih duhov), akolit (nosilec sveč), med višje pa subdiakon, diakon, duhovnik in škof.

eleimosinam vocant, devotissimus, ut qui non in patria solum et in suo regno id facere curaverit, verum trans maria in Syriam et Aegyptum atque Africam, Hierosolimis, Alexandriae atque Cartagini, ubi Christianos in paupertate vivere conpererat, penuriae illorum compatiens pecuniam mittere solebat; ob hoc maxime transmarinorum regum amicitias expetens, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod ac relevatio proveniret. Colebat prae ceteris sacris et venerabilibus locis apud Romanam ecclesiam beati Petri apostoli; in cuius donaria magna vis pecuniae tam in auro quam in argento necnon et gemmis ab illo congesta est. Multa et innumera pontificibus munera missa. Neque ille toto regni sui tempore quicquam duxit antiquius, quam ut urbs Roma sua opera suoque labore vetere polleret auctoritate, et ecclesia sancti Petri per illum non solum tuta ac defensa, sed etiam suis opibus prae omnibus ecclesiis esset ornata atque ditata. Quam cum tanti penderet, tamen intra XLVII annorum, quibus regnaverat, spatium quater tantum illo votorum solvendorum ac supplicandi causa profectus est.

dobrotljivost, ki jo Grki imenujejo *eleimosine* ali miloščina, da tega ni počel samo v domovini in v svojem kraljestvu. Ko je spoznal, da v Jeruzalemu, Aleksandriji in Kartagini živijo kristjani v revščini, jim je s sočutjem do njihovega pomanjkanja pošiljal denar prek morja v Sirijo, Egipt in Afriko. Zato si je tako močno prizadeval sklepati prijateljstva s prekomorskimi kralji, da bi kristjanom, živečim pod njihovo oblastjo, lahko priskrbel tolažbo in olajšanje.⁹³ Med vsemi svetimi in častitljivimi kraji je najbolj cenil cerkev svetega Petra apostola. V njeno zakladnico je prispeval veliko količino denarja tako v zlatu kot srebru in celo v dragih kamnih. Papežem je poslal mnoge in neštete darove. Njegova največja želja v vsem času njegove vladavine je bila, da bi si mesto Rim po njegovi zaslugi povrnilo stari ugled in vpliv⁹⁴ ter ne samo, da bi cerkev svetega Petra varoval in branil, temveč tudi, da bi jo pred vsemi drugimi cerkvami okrasil in obogatil s svojim premoženjem. Čeprav jo je imel tako v čislh, je k njej zavoljo zaobljub in priprošenj pripotoval samo štirikrat v sedeminštiridestih letih, ko je vladal.

XXVIII.

Cesarsko kronanje

Ultimi adventus sui non solum hae fuere causae, verum etiam quod Ro-

To pa niso bili edini razlogi za njegov poslednji obisk, temveč tudi to, da so

93 Pozitivno mnenje o Karlu, izraženo od poglavja 18 naprej, ne kaže samo na to, da Karel izpolnjuje vse zahteve moralnega kodeksa svojega časa, temveč da ga celo sam oblikuje in se postavlja za glavni vzor. Einhard, ki je več pisane hagiografije, pogosto riše Karla kot krepostnega posvetnega krščanskega junaka in mu z uporabo izrazito pozitivnih adjektivov in superlativov malodane nadeva svetniški sij. Cesarju zahodnega krščanskega sveta ne nalaga samo dolžnosti zaščite papeža, vernikov in romarjev v Sveto deželo, ampak zagotavlja njegovi osebnosti tudi potrditev legitimnosti kontinuitete krščanskega rimskega cesarstva.

94 Suet. Vesp. 8.

mani Leonem pontificem multis affectum iniuriis, erutis scilicet oculis linguaque amputata, fidem regis implorare compulerunt. Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, ecclesiae statum ibi totum hiemis tempus extraxit. Quo tempore imperatoris et augusti nomen accepit. Quod primo in tantum aversatus est, ut adfirmaret se eo die, quamvis praecipua festivitas esset, ecclesiam non intraturum, si pontificis consilium praescire potuisset. Invidiam tamen suscepti nominis, Romanis imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientia. Vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua eis procul dubio longe praestantior erat, mittendo ad eos crebras legationes et in epistolis fratres eos appellando.

XXIX.

Post susceptum imperiale nomen, cum adverteret multa legibus populi sui deesse - nam Franci duas habent leges, in plurimis locis valde diversas - cogitavit quae deerant addere et discrepantia unire, prava quoque acperperam prolata corrigere, sed de his nihil aliud ab eo factum est, nisi quod pauca capitula, et ea imperfecta, legibus addidit. Omnium tamen nati-

Rimljani po mnogih storjenih krivcah prisilili papeža Leona, potem ko so mu iztaknili oči in odrezali jezik, da pokliče kralja na pomoč. Zato je prišel v Rim, da bi popravil razmere v cerkvi, ker je bil zaradi tega preveč pretresen, in tam prebil vso zimo. V tem času je sprejel naslov cesarja in avgusta.⁹⁵ Sprva je bil tako nastrojen proti temu, da je zatrjeval, ne bi vstopil v cerkev, če bi vnaprej poznal papeževega namena, čeprav je bil še posebej velik praznik. Z veliko potrpežljivostjo je prenesel zavist, ki so jo ob njegovem imenovanju izkazovali rimski cesarji. Pogosto je k njim pošiljal odposlance in jih v pismih imenoval bratje. Njihovo trmoglavost je premagal z veličino duha, v kateri jih je nedvomno daleč prekašal.

Reforme

Potem ko je sprejel cesarski naslov in ko je spoznal, da je zakonodaja njegovega ljudstva zelo pomanjkljiva (Franki imajo namreč dve, na več mestih med seboj zelo različni zakonodaji),⁹⁶ se je odločil dodati, kar je manjkalo, zgladiti odstopanja in popraviti, kar bi se lahko izkrivljeno in narobe razumelo.⁹⁷ Toda nič od tega ni uresničil, razen tega, da je do-

95 Jeseni leta 800 je Karel osebno prispel v Rim, da bi s papežem Leonom III. praznoval božične praznike. Na božični dan je prišel v cerkev sv. Petra, da bi pred pričetkom maše pomolil pred Petrovim grobom. Sama izvedba kronanja je bila nenadna in nepričakovana. V trenutku, ko je Karel končal z molitvijo in nameraval vstati, se je približal papež ter mu položil na glavo priložnostno krono, medtem ko ga je ljudstvo s trikratnim vzklikom pozdravilo kot cesarja in avgusta Rimljanov. Nato se je sam papež vrgel predenj, kot je bila navada v času vladanja cesarja Dioklecijana.

96 Ripuarijski in salijski zakoni (*Lex Ribuaria*, *Lex Salica*) so zbirka zakonov frankovskih plemen in izvirajo iz obdobja 6.–7. stoletja.

97 Cesar Avgust je ravno tako dal pregledati zakone. Suet. *Aug.* 34.

onum, quae sub eius dominatu erant, iura quae scripta non erant describere ac litteris mandari fecit. Item barbara et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit memoriaeque mandavit. Inchoavit et grammaticam patrii sermonis. Mensibus etiam iuxta propriam linguam vocabula inposuit, cum ante id temporis apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus pronuntiarentur. Item ventos duodecim propriis appellationibus insignivit, cum prius non amplius quam vix quattuor ventorum vocabula possent inveniri. Et de mensibus quidem Ianuarius uuintarmanoth, Februarium hornung, Martium lenzinmanoth, Aprilem ostarmanoth, Maium uuinne-manoth, Iunium brachmanoth, Iulium heuui-manoth, Augustum aranmanoth, Septembrem uuitumanoth, Octobrem uuindume-manoth, Novembrem herbistmanoth, Decembrem heilagmanoth appellavit. Ventis vero hoc modo nomina inposuit, ut subsolanum vocaret ostro-niuuint, eurum ostsundroni, euroa-ustrum sundostroni, austrum sundroni, austroafricanum sunduuestroni, africanum uuestsundroni, zefyrum uuestroni, chorum uuestnordroni, circium norduuestroni, septentrionem nordroni, aquilonem nordostroni, vulturum ostonordroni.

dal zakonom nekaj poglavij, in še ta nepopolna. Vendar pa je dal zapisati dotlej nezapisane zakone vseh narodov, ki so bili pod njegovo oblastjo. Ravno tako je dal zapisati in ohraniti v spominu barbarske in prastare pesmi, ki so opevale dejanja in boje starodavnih kraljev. Začel je tudi s slovnico domačega jezika.⁹⁸ Celo mesecem je nadel jeziku ustrezna imena namesto teh, ki so jih Franki uporabljali deloma v barbarskih, deloma v latinskih izrazih. Ravno tako je označil dvanajst vetrov z ustreznimi poimenovanji, saj prej za njih ni bilo moč najti več kot komaj štiri imena. Januar je poimenoval *wintarmanoth*, februar *hornung*, marec *lenzinmanoth*, april *ostarmanoth*, maj *winnemanoth*, junij *brachmanoth*, julij *hewimanoth*, avgust *aranmanoth*, september *witumanoth*, oktober *windumemanoth*, november *herbistmanoth*, december, *heilagmanoth*.⁹⁹ Vetrove je poimenoval takole: vzhodnik *ostroni-wint*, vzhodnojužnik *ostsundroni*, jugovzhodnik *sundostroni*, južnik *sundroni*, jugozahodnik *sundwestroni*, zahodojužnik *westsundroni*, zahodnik *westroni*, zahodosevernik *westnordoni*, severozahodnik *nordwestroni*, severnik *nordroni*, severovzhodnik *nordostroni*, vzhodosevernik *ostnordroni*.¹⁰⁰

⁹⁸ Nič od tega se ni ohranilo do danes.

⁹⁹ *Wintarmanoth* – zimski mesec, *Hornung* – mesec lova, *Lentzinmanoth* – pomladni mesec, *Ostarmanoth* – velikonočni mesec, *Winnemanoth* – mesec radosti, *Brachmanoth* – mesec oranja, *Hewinmanoth* – mesec košnje, *Aranmanoth* – mesec žetve, *Witumanoth* – mesec sečnje, *Windumemanoth* – mesec trgatve, *Herbistmanoth* – jesenski mesec, *Heilagmanoth* – sveti mesec.

¹⁰⁰ Delitev na dvanajst vetrov izvira v antiki in se nadaljuje tudi v srednjem veku. Najdemo jo tudi v delu *Etymologiae sive Origines* Izidora Seviljskega (570–636).

XXX.

Extremo vitae tempore, cum iam et morbo et senectute premeretur, evocatum ad se Hludowicum filium, Aquitaniae regem, qui solus filiorum Hildigardae supererat, congregatis sollemniter de toto regno Francorum primoribus, cunctorum consilio consortem sibi totius regni et imperialis nominis heredem constituit, inpositoque capiti eius diademate imperatorem et augustum iussit appellari. Susceptum est hoc eius consilium ab omnibus qui aderant magno cum favore; nam divinitus ei propter regni utilitatem videbatur inspiratum. Auxitque maiestatem eius hoc factum et exteris nationibus nun minimum terroris incussit. Dimisso deinde in Aquitaniam filio, ipse more solito, quamvis senectute confectus, non longe a regia Aquensi venatum proficiscitur, exactoque in huiusmodi negotio quod reliquum erat autumnus, circa Kalendas Novembris Aquasgrani revertitur. Cumque ibi hiemaret, mense Ianuario febre valida correptus decubuit. Qui statim, ut in febribus solebat, cibi sibi abstinentiam indixit, arbitratus hac continentia morbum posse depelli vel certe mitigari. Sed accedente ad febrem lateris dolore, quem Greci pleuresin dicunt, illoque adhuc inediam retinente neque corpus aliter quam rarissimo potu sustentante, septimo, postquam decubuit, die, sacra communione per-

Ludvikovo kronanje in Karlova smrt

V poslednjih dneh življenja, ko sta ga že težili bolezen in starost, je poklical k sebi sina Ludvika, kralja Akvitanije, edinega preživelega od Hildigardinih otrok. Na slovesni skupščini so se zbrali odličniki iz vsega frankovskega kraljestva. S privoljenjem vseh teh je določil Ludvika za sovladarja in dediča cesarskega naslova, mu nadel krono na glavo ter ukazal, naj ga imenujejo cesar in avgust. Vsi navzoči so z velikim odobravanjem sprejeli ta sklep, kajti zdelo se je, da ga je Bog navdahnil za dobro kraljestva. To je povzdignilo njegovo veličino in navdalo tuje narode z nemajhnim strahom. Nato je poslal sina nazaj v Akvitanijo, on pa je kot običajno, čeprav obtežen s starostjo, šel na lov nedaleč stran od dvora v Aachnu in tako preživel preostanek jeseni, okrog novembrskih kalend pa se je vrnil v Aachen. Tamkaj je med prezimovanjem meseca januarja obležal s hudo vročico. Takoj ko je zbolel, si je zadal vzdržnost od hrane, kot je po navadi ravnal pri vročici. Menil je, da se da bolezen s stanovitnostjo pregnati ali vsaj omiliti. Poleg vročice se je pojavila tudi bolečina v boku, ki ji Grki pravijo *pleuresis*.¹⁰¹ Še naprej se je držal stradanja, telo pa je krepčal samo z občasnim pitjem. Umrli je osemindvajsetega januarja, sedmega dne, odkar je obležal, ob tretji uri¹⁰² po prejetju svetega

101 *Pleuresis* izhaja iz grške besede πλευρά – bok, rebra, ter označuje vnetje porebrnice oz. popljučnice.

102 Ob devetih zjutraj. Tudi Svetonij sporoča točno uro smrti: *hora diei nona* – ob deveti uri (Suet. Aug. 1).

cepta, decessit, anno aetatis suae septuagesimo secundo et ex quo regnare coeperat quadragesimo septimo, V. Kalendas Februarii, hora diei tertia.

XXXI.

Corpus more sollemni lotum et curatum et maximo totius populi luctu ecclesiae inlatum atque humatum est. Dubitatum est primo, ubi reponi deberet, eo quod ipse vivus de hoc nihil praecepisset. Tandem omnium animis sedit nusquam eum honestius tumulari posse quam in ea basilica, quam ipse propter amorem Dei et domini nostri Iesu Christi et ob honorem sanctae et aeternae virginis, genetricis eius, proprio sumptu in eodem vico construxit. In hac sepultus est eadem die, qua defunctus est, arcusque supra tumulum deauratus cum imagine et titulo exstructus. Titulus ille hoc modo descriptus est: SUB HOC CONDITORIO SITUM EST CORPUS KAROLI MAGNI ATQUE ORTHODOXI IMPE-RATORIS, QUI REGNUM FRANCORUM NOBILITER AMPLIAVIT ET PER ANNOS XLVII FELICITER REXIT. DECESSIT SEPTUAGENARIO ANNO DOMINI DCCCXIII, INDICTIONE VII, V. KAL. FEBR.

XXXII.

Adpropinquantis finis conplura fuerit prodigia, ut non solum alii, sed eti-

obhajila, v dvainsedemdesetem letu starosti in sedeminištiridesetem letu vladanja.

Pokop

Telo so po slovesnem običaju umili in oskrbeli ter ga ob velikem žalovanju vsega ljudstva prinesli v cerkev in ga pokopali. Sprva se ni vedelo, kam naj ga položijo, saj ni v času življenja glede tega odločil ničesar. Vendar so se vsi strinjali, da ni častnejšega kraja, kjer bi ga pokopali, kot v tej baziliki, ki jo je prav sam dal zgraditi na istem kraju zaradi ljubezni do Boga in našega gospoda Jezusa Kristusa ter iz spoštovanja do njegove matere, svete in večne Device. Tam je bil pokopan istega dne, ko je umrl.¹⁰³ Nad grobnico so napravili pozlačen lok s podobno in napisom. Napis se je glasil takole: V TEJ GROBNICI LEŽI TELO KARLA, VELIKEGA IN PRAVOVERNEGA CESARJA, KI JE SLAVNO POVEČAL FRANKOVSKO KRALJESTVO IN SREČNO VLADAL SEDEMINŠTIRIDESET LET. UMRL JE V SVOJIH SEDEMDESETIH LETA GOSPODOVEGA 814, V SEDMI INDIKCIJI, 28. JANUARJA.

Znamenja bližnje smrti

Številna znamenja so grozila, da se bliža konec.¹⁰⁴ Tega niso zaznali

¹⁰³ Karel Veliki ni pokopan v cerkvi opatije Saint-Denis poleg deda in očeta, kot veleval običaj, temveč v aachenski cerkvi Božje Matere in sv. Odrešenika, ki jo je dal sam zgraditi.

¹⁰⁴ Suet. Caes. 81, Aug. 97, Calig. 57, Claud. 46.

am ipse hoc minitari sentiret. Per tres continuos vitaeque termino proximos annos et solis et lunae creberrima defectio et in sole macula quaedam atri coloris septem dierum spatium visa. Porticus, quam inter basilicam et regiam operosa mole construxerat, die ascensionis Domini subita ruina usque ad fundamenta conlapsa. Item pons Rheni apud Mogontiacum, quem ipse per decem annos ingenti labore et opere mirabili de ligno ita construxit, ut perenniter durare posse videretur, ita tribus horis fortuito incendio conflagravit, ut, praeter quod aqua tegebatur, ne una quidem astula ex eo remaneret. Ipse quoque, cum ultimam in Saxoniam expeditionem contra Godofridum regem Danorum ageret, quadam die, cum ante exortum solis castris egressus iter agere coepisset, vidit repente delapsam caelitus cum ingenti lumine facem a dextra in sinistram per serenum aera transcurrere. Cunctisque hoc signum, quid portenderet, ammirantibus, subito equus, quem sedebat, capite deorsum merso decidit eumque tam graviter ad terram elisit, ut, fibula sagi rupta balteoque gladii dissipato, a festinantibus qui aderant ministris exarmatus et sine amiculo levaretur. Iaculum etiam, quod tunc forte manu tenebat, ita elapsum est, ut viginti vel eo amplius pedum spatium longe iaceret. Accessit ad hoc creber Aquensis palatii tremor et in domibus, ubi conversabatur, assiduus laqueariorum crepitus. Tacta etiam de caelo, in qua postea sepultus est, basilica, malumque aureum, quo tecti culmen erat ornatum, ictu fulminis dissipatum et supra domum pontifi-

samo drugi, temveč tudi on sam. V zadnjih treh letih njegovega življenja so bili zelo pogosti sončevi in luni ni mrki, na soncu pa se je sedem dni videl madež črne barve. Stebrišče, ki ga je dal z mogočno prizadevnostjo zgraditi med baziliko in palačo, se je na dan Gospodovega vnebohoda nenadoma porušilo vse do temeljev. Tudi most čez Ren pri Mainzu, ki ga je dal sam zgraditi v desetih letih s tako neznanskim naporom in s čudovito izdelavo iz lesa, da se je zdelo, da bo zdržal večno, je v treh urah popolnoma pogorel, tako da ni od nje ga ostala niti ena trska, razen tega, kar se je dotikalo vode. Nekega dne, ko je zaključeval odpravo na Saško proti danskemu kralju Godfridu in se je pred sončnim vzhodom odpravil iz tabora na pot, je nenadoma uzrl gorečo gmoto, ki je s silnim sijem z višav pridrvela prek jasnega neba z desne proti levi. Vsi so se čudili, kaj naj bi to pomenilo, ko je konj, na katerem je Karel sedel, nepričakovano sunil glavo predse in padel ter ga tako močno vrgel na tla, da se je zlomila sponka na ogrinjalu in zdrobil ročaj meča. K neoboroženemu in brez tuje pomoči nemočnemu Karlu so prihiteli služabniki, ki so bili poleg, in ga dvignili. Tudi kopje, ki ga je tedaj močno držal v dlani, je odletelo tako daleč, da je ležalo dvajset ali celo več čevljev stran. K temu lahko dodamo tudi pogoste potrese v palači v Aachnu, tudi v bivališčih, kjer je bil nastanjen, je kar naprej škripalo po stropih. V baziliko, kjer je bil pozneje pokopan, je treščila strela z neba. Od udarca se je zdrobilo zlato jabolko, ki je krasilo vrh strehe, in

cis, quae basilicae contigua erat, proiectum est. Erat in eadem basilica in margine coronae, quae inter superiores et inferiores arcus interiorem aedis partem ambiebat, epigramma sinopide scriptum, continens, quis auctor esset eiusdem templi, cuius in extremo versu legebatur: KAROLUS PRINCEPS. Notatum est a quibusdam eodem, quo decessit, anno paucis ante mortem mensibus eas, quae PRINCEPS exprimebant, litteras ita esse deletas, ut penitus non apparent. Sed superiora omnia sic aut dissimulavit aut sprexit, acsi nihil horum ad res suas quolibet modo pertineret.

XXXIII.

Testamenta facere instituit, quibus filias et ex concubinis liberos ex aliqua parte sibi heredes faceret, sed tarde inchoata perfici non poterant. Divisionem tamen thesaurorum et pecuniae ac vestium aliaeque suppellectilis coram amicis et ministris suis annis tribus, antequam decederet, fecit, contestatus eos, ut post obitum suum a se facta distributio per illorum suffragium rata permaneret. Quidque ex his quae diviserat fieri vellet, breviario comprehendit; cuius ratio ne textus talis est:

IN NOMINE DOMINI DEI OMNIPOTENTIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. Descriptio atque divisio, quae facta est a gloriosissimo atque piissimo domno Karolo imperatore augusto anno ab incarnatione domini nostri Iesu Chri-

zletelo nad dom škofa, ki je stal blizu bazilike. V isti baziliki je bil ob robu kronišča, ki je med zgornjimi in spodnjimi loki obkrožalo notranji del svetišča, napis v rdeči barvi z imenom njegovega ustanovitelja, ki se je na koncu stavka glasil: KAROLUS PRINCEPS. Nekateri so istega leta, ko je umrl, nekaj mesecev prej opazili, da so črke, ki tvorijo napis PRINCEPS, tako zbrisane, da skoraj niso bile več vidne.¹⁰⁵ Vendar je vsa zgoraj omenjena znamenja je bodisi tako prikrival bodisi preziral, da jih ni nikakor upošteval pri svojih opravilih.⁷

Oporoka

Nameraval je narediti oporoko, v kateri bi hčere in otroke priležnic določil za dediče deleža svojega premoženja, toda ker je začel pozno, je ni mogel dokončati. Toda tri leta pred smrtjo je razdelil dragocenosti, denar, oblačila in pohištvo v navzočnosti svojih prijateljev in služabnikov, ki jih je zbral kot priče, da bi se po smrti izvršila razdelitev ob njihovi odobritvi. Na kratko je povzel, kako želi razdeliti svoje premoženje. Vsebina in obrazložitev sledita:

V IMENU GOSPODA VSEMOGOČNEGA BOGA, OČETA, SINA IN SVETEGA DUHA. Opis in razdelitev, ki ju vrši najslavnejši in najpobožnejši gospod Karel, cesar in avgust, v 811. letu utelešenja našega Gospoda Jezusa Kristusa, v 43. letu vladanja v Frankiji, 37. v Italiji, 11. v

¹⁰⁵ Suet. Aug. 97. Udar strele je izbrisal črko C iz napisa »CAESAR« na Avgustovem kipu.

sti DCCCXI, anno vero regni eius in Francia XLIII et in Italia XXXVI, imperii autem XI, indictione IIII, quam pia et prudenti consideratione facere decrevit et Domino annuente perfecit de thesauris suis atque pecunia, quae in illa die in camera eius inventa est. In qua illud praecipue praecavere voluit, ut non solum eleemosinarum largitio, quae sollemniter apud Christianos de possessionibus eorum agitur, pro se quoque de sua pecunia ordine atque ratione perficeretur, sed etiam ut heredes sui omni ambiguitate remota, quid ad se pertinere deberet, liquido cognoscere et sine lite atque contentione sua inter se conpetenti partitione dividere potuissent. Hac igitur intentione atque proposito omnem substantiam atque suppellectilem suam, quae in auro et argento gemmisque et ornatu regio in illa, ut dictum est, die in camera eius poterat inveniri, primo quidem trina divisione partitus est. Deinde easdem partes subdividendo de duabus partibus XX et unam partem fecit, tertiam integram reservavit. Et duarum quidem partium in XX et unam partem facta divisio tali ratione consistit, ut, quia in regno illius metropolitanae civitates XX et una esse noscuntur, unaquaeque illarum partium ad unamquamque metropolim per manus heredum et amicorum suorum eleemosinae nomine perveniat, et archiepiscopus, qui tunc illius ecclesiae rector extiterit, partem quae ad suam ecclesiam data est suscipiens cum suis suffraganeis partiatur, eo scilicet modo, ut pars tertia suae sit ecclesiae, duae vero partes inter suffraganeos dividantur. Harum divisi-

cesarstvu, v četrti indikciji. Po pobožnem in preudarnem razmisleku se je odločil, da razdeli dragocenosti in denar, ki se je oni dan nahajal v njegovi zakladnici, in ob Gospodovem privoljenju tako tudi storil. Pri tem se je še zlasti hotel zavarovati vnaprej, ne samo, da bi se skladno in razumno izvršila delitev miloščine, ki jo kristjani v obilju odmerjajo od svoje lastnine, temveč da bi bili njegovi dediči jasno in nedvoumno seznanjeni, kaj bi jim moralo pripadati, ter da bi si lahko brez spora in prepira soglasno razdelili, kar jim pripada. S tem namenom in predlogom se je torej vse predmete, pahištvo in kar je bilo onega dne v zlatu, srebru, draguljih in kraljevskem okrasju moč najti v zakladnici, kot rečeno, razdelilo najprej na tri deleže. Nato je iste deleže zopet razdelil, prva dva na enaindvajset deležev, tretjega pa je ohranil celega. Na enaindvajset delov pa ju je razdelil zato, ker je v njegovem kraljestvu, kot je znano, enaindvajset metropolitanskih mest. Vsako od teh dobi po en del iz rok njegovih dedičev in prijateljev kot miloščino, nadškof pa, ki bi bil tedaj upravljal s cerkvijo, bi prejel delež, namenjen svoji cerkvi, in ga delil s svojimi podrejenimi škofi tako, da ena tretjina pripada metropolitanski cerkvi, preostale dve pa njim. Ti deleži, ki so nastali iz prvih dveh deležev in so bili v skladu s številom enaindvajsetih metropolitanskih mest, kot smo rekli, so bili ločeni med seboj in spravljani vsak v svoji hrambi pod imenom mesta, kateremu so bili namenjeni. Imena metropolij, ki jim je bila poklonjena miloščina oziro-

*onum, quae ex duabus primis partibus factae sunt et iuxta metropoleorum civitatum numerum XX et una esse noscuntur, unaquaeque ab altera sequestrata semotim in suo reposito-
rio cum superscriptione civitatis, ad quam perferenda est, recondita iacet. Nomina metropoleorum, ad quas eadem eleimosina sive largitio facienda est, haec sunt: Roma, Ravenna, Mediolanum, Forum Iulii, Gradus, Colonia, Mogontiacus, Iuvavum quae et Salzburg, Treveri, Senones, Veson-
tio, Lugdunum, Ratumagus, Remi, Arelas, Vienna, Darantasia, Ebrodunum, Burdigala, Turones, Bituriges. Unius autem partis, quam integram reservari voluit, talis est ratio, ut, illis duabus in supradictas divisiones distributis et sub sigillo reconditis, haec tertia in usu cotidiano versaretur, velut res, quam nulla voti obligatione a dominio possidentis alienatam esse constaret, et hoc tamdiu, quoadusque vel ille mansisset in corpore vel usum eius sibi necessarium iudicaret. Post obitum vero suum aut voluntariam saecularium rerum carentiam eadem pars quattuor subdivisionibus secaretur, et una quidem earum supradictis XX et unae partibus adderetur, altera a filiis ac filiabus suis filiisque ac filiabus filiorum suorum adsumpta iusta et rationabili inter eos partitione divideretur, tertia vero consueto Christianis more in usum pauperum fuisset erogata, quarta simili modo nomine eleimosinae in servorum et ancillarum usibus palatii famulantium sustentationem distributa veniret. Ad hanc tertiam totius summae portionem, quae similiter ut ceterae ex auro et argento constat, adiungi*

ma dar, so naslednja: Rim, Ravenna, Milano, Čedad, Gradež, Köln, Mainz, Salzburg, Trier, Sens, Besançon, Lyon, Rouen, Rheims, Arles, Dunaj, Moutiers-en-Tarantaise, Embrun, Bordeaux, Tours in Bourges. Namen tretjega deleža, ki ga je hotel ohraniti nedotaknjene, je drugačen. Medtem ko sta prva dva deleža razdeljena na zgoraj omenjeni način in varovana pod pečatom, je tretji delež namenjen vsakodnevnim potrebam kot lastnina, ki ne sme biti ob nikaršnem primeru dolžnosti izpolnjevanja obljube odtujena od pristojsnosti imetnika, vse dokler je ta bodisi še živ bodisi meni, da ga nujno potrebuje. Toda ko bi umrl ali se prostovoljno odrekel posvetnim zadevam, bi se omenjeni delež razdelil na štiri dele. Prvi del bi se dodal zgoraj omenjenim enaindvajsetim delom, drugi bi bil namenjen sinovom in hčeram ter sinovom in hčeram njegovih sinov, med katere bi se razdelil pravično in enakovredno, tretji bi bil v skladu s krščansko navado namenjen v dobrobit revežev, četrti bi se podobno v imenu miloščine namenil za vzdrževanje slug in služkinj, ki skrbijo za dvor. Želel je, da se tretjemu deležu celotne zapuščine, ki zajema, podobno kot ostali, predmete iz zlata in srebra, doda vse posode iz brona, železa in drugih kovin ter pribor skupaj z orožjem, oblačili in drugimi tako dragocenimi kot cenenimi kosi pohištva, narejenimi za različne namene, na primer zavese, prte, preproge, volnene in usnjene izdelke, sedla ter vse, kar bi se tisti dan našlo v njegovi zakladnici in oblačilnici, da bi se lahko povečale delitve

voluit omnia ex aere et ferro aliisque metallis vasa atque utensilia cum armis et vestibis alioque aut pretioso aut vili ad varies usus facto suppellectili, ut sunt cortinae, stragula, tapezia, filtra, coria, sagmata, et quicquid in camera atque vestiario eius eo die fuisset inventum, ut ex hoc maiores illius partis divisiones fierent et erogatio eleemosinae ad plures pervenire potuisset. Capellam, id est ecclesiasticum ministerium, tam id quod ipse fecit atque congregavit, quam quod ad eum ex paterna hereditate pervenit, ut integrum esset neque ulla divisione scinderetur, ordinavit. Si qua autem invenirentur aut vasa aut libri aut alia ornamenta, quae liquido constaret eidem capellae ab eo conlata non fuisse, haec qui habere vellet dato iustae aestimationis pretio emeret et haberet. Similiter et de libris, quorum magnam in bibliotheca sua copiam congregavit, statuit, ut ab his qui eos habere vellent iusto pretio fuissent redempti, pretiumque in pauperibus erogatum. Inter ceteros thesauros atque pecuniam tres mensas argenteas et auream unam praecipuae magnitudinis et ponderis esse constat. De quibus statuit atque decrevit, ut una ex his, quae forma quadrangula descriptionem urbis Constantinopolitanae continet, inter cetera donaria, quae ad hoc deputata sunt, Romam ad basilicam beati Petri apostoli deferatur, et altera, quae forma rotunda Romanae urbis effigie figurata est, episcopio Ravennatis ecclesiae conferatur. Tertiam, quae ceteris et operis pulchritudine et ponderis gravitate multum excellit, quae ex tribus orbibus conexa totius mundi descrip-

ttega deleža in da bi deljenje milošćine doseglo več ljudi. Ukazal je, naj kapela, to je prostor, namenjen cerkvenim opravilom, z vsem, kar je bodisi sam naredil ali zbral bodisi poddedoval od očeta, ostane cela in naj se ne deli. Če najdejo posode, knjige ali ostalo okrasje, ki jih zanesljivo ni dal prinesiti v omenjeno kapelo, jih lahko vzame, kdor hoče, če jih plača v skladu s pošteno ocenitvijo. Podobno velja za knjige, ki jih je v veliki količini zbral v svoji knjižnici. Kdor jih želi imeti, naj jih kupi po poštenu ceni, izkupiček pa se nameni revežem. Med ostalimi dragocenostmi in denarjem so bile še tri srebrne in ena zlata miza, ena med njimi je bila še posebej velika in težka. Odločil in odobril je, naj se tista, ki je kvadratne oblike in vsebuje podobo mesta Konstantinopel, skupaj z ostalimi namenjenimi darovi pošlje baziliki svetega apostola Petra v Rimu, druga, okrogle oblike, okrašena s podobo mesta Rim, pa škofijski cerkvi v Ravenni. Tretja, ki ostali dve močno prekaša v lepoti in teži, ki je spojena s tremi krogi in upodablja cel svet s pretanjeno in podrobno umetnostjo, pa naj skupaj z zlato mizo, ki je bila omenjena kot četrta, poveča tisti delež, ki je namenjen njegovim dedičem in milošćini. Ta odlok in odredbo je napravil in potrdil vpričo škofov, opatov in grofov, ki so bili tedaj navzoči in katerih imena so zapisana.

Škofi: Hildebald, Riholf, Arn, Wolfarij, Bernoin, Laidrad, Janez, Theodulf, Jesse, Heito, Waitgaud.

Opati: Fredugis, Adalung, Engilbert, Irmino.

tionem subtili ac minuta figuratione conplectitur, et auream illam, quae quarta esse dicta est, in tertiae illius et inter heredes suos atque in eleimosinam dividendae partis augmento esse constituit. Hanc constitutionem atque ordinationem coram episcopis, abbatibus comitibusque, qui tunc praesentes esse potuerunt, quorumque hic nomina descripta sunt, fecit atque constituit.

Episcopi: Hildibaldus, Richolfus, Arn, Wolfarius, Bernoinus, Lairadus, Iohannes, Theodulfus, Iesse, Heito, Waitgaudus.

Abbat: Fridugisus, Adalungus, Engilbertus, Irmino.

Comites: Walah, Meginherus, Otulfus, Stephanus, Unruocus, Burchardus, Meginhardus, Hatto, Rihwinus, Edo, Ercangarius, Geroldus, Bero, Hildigernus, Hroccolfus.

Haec omnia filius eius Hludowicus, qui ei divina iussione successit, inspecto eodem breviario, quam celerime poterat post obitum eius summa devotione adimplere curavit.

Grofje: Walah, Meginher, Otulf, Štefan, Unrok, Burhard, Meginhard, Hatto, Rihwin, Edo, Erkangarij, Gerold, Bero, Hildigern, Rokulf.

Njegov sin Ludvik, ki ga je nasledil po Božjem povelju, je preučil ta kratki zapis in z največjo predanostjo poskrbel, da se je kar se da hitro po očetovi smrti izvršil.¹⁰⁶

¹⁰⁶ O izvrševanju oporoke pišeta Nithard (*Historiarum libri quattuor* 1.2) in Thegan (*Vita Hludowici imperatoris* 8) Ludvik je del premoženja namenil stroškom očetovega pogreba, del si je razdelil s sestrami, ki jih je nato napotil v samostan, preostanek pa je podaril revežem. Cerkvi je poslal delež, ki ji je bil namenjen v skladu z oporoko. Zase je zadržal zgolj tretjo mizo, »spojeno s tremi krogi«, ki so upodabljali zemeljski krog, nebo s soncem in planeti ter ozvezdje s svojimi potmi. Ludvikov naslednik Lotar jo je leta 842 med boji s svojim bratom vzel z dvora v Aachnu in jo razbil na kose, ki jih je razdelil med svoje pristaše (*Annales Bertiniani*, l. 842).